~~Contenta hic libri~~

Contenta hic in hoc volum[in]e:

- Paradoxe ~~ciceronis~~
- Tres libri de officiis
- De amicicia
- Nova rethorica
- De nobilitate gen[er]is
- Leonardi arentini
- Vergerius
- De senectute
- De vindicta [illegible]

Ciceronis

Michaelis wratislawiensis dum Legatus pro libraria maioris collegii a° 1534

Ciceronis Opuscula. Leonardus Aretinus. Vergerius.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1

Ecero
92

Paradoxe tullij

Cum multa asserit que ad huius explanationem pertineat libelli [illegible] omissis considerunda videntur in primis materia huius libello subiecta et intentio deinde et titulus. Materia sane philosophia moralis esse videtur que magis in tres dividitur partes naturalem [illegible] phisicam appellant moralem quam ethicam et dialecticam que de [illegible] dividitur in logicam et rethoricam versatur. Hec philosophia moralis est agit que sola per quandam excellentiam sic dicta est. Nam cum naturalis reddet homines acutos peritos rerum naturalium et omnium earum quibus homo [illegible] certissimus. Sola philosophia moralis efficit homines bonos et ideo si [illegible] philosophie facit mentionem [illegible] de philosophia morali sensisse verba et in rethorica nova [illegible] ad libellum in philosophia generaliter sumere. Est autem philosophia moralis [illegible] virorum et vitiorum honestatis et de [illegible] hec in libello agitur.

Intentio videtur [illegible] cum [illegible] admirabile et pene divinum ingenium [illegible] tempus ignavo in otio gereret ut [illegible] occasio [illegible] haud indigere existimavit liberum in ea philosophia laborare que [illegible] pareret copiam dicendi [illegible] Grecis [illegible] indies redderet doctores et meliores [illegible] est [illegible] qui hec [illegible] philosophie admonuit calebant. Etiam valuit posse aliis et potissimum latinis [illegible] dividere philosophie [illegible] et [illegible] vitam pene [illegible] vite [illegible] agebat [illegible] tam liberalissimam [illegible] studia [illegible] adventu [illegible] agitabat [illegible] optimus [illegible] malebat [illegible] ne [illegible] velut in aliis [illegible] facile latinis [illegible] magna [illegible] est quo multa e greco in latinum interpretatur que et ad [illegible] esset et [illegible] vite [illegible] hac [illegible] videtur magis [illegible] attulisse ut non solum videremur ornate et copiose posse dicere [illegible] optima [illegible] dicere [illegible].

Paradoxa dicuntur precepta admirabilia que sunt preter opinionem magne vulgi valde para id est preter doxa opinio [illegible] non [illegible] tractant que in prima fronte proposita fuerint abhorrere videntur ab opinione [illegible] magna fuerit [illegible] caput videtur honor [illegible] et [illegible] dixerit cum esse [illegible] in [illegible] dicat [illegible] abhorret a [illegible] veris [illegible] allegata [illegible] que [illegible] subiecta est [illegible] satis probabilis videtur.

Cicero

92

Animadverti Bru-
te sepe Cathonem
avunculum tuum
cum in senatu
sententiam diceret
locos graves ex
philozophia trac-
tare abhorren-
tes ab hoc usu
forensi. Sed di-
cendo consequi tamen ut illa etiam vulgo probabilia
viderentur. Quod eo maius est illi quam aut tibi aut
nobis quia nos ea philosophia plus utimur que peperit
dicendi copiam, et in qua dicuntur ea que non
multum discrepent ab opinione populari. Catho autem
perfectus in ea sententia Stoicus et ea sentit que
non sane probantur in vulgus et in ea heresi est
que nullum sequitur florem orationis, neque dilatat
argumentum minutis interrogatiunculis ut quasi pun-
ctim quod proposuit efficiat. Sed nichil est tam incre-
dibile quod non dicendo fiat probabile. Nichil
tam horridum, tam incultum quod non splendescat
oratione et tamquam excolatur. Quod cum ita
putarem, feci audacius quam ipse de quo loquor.
Catho enim dumtaxat de magnitudine animi
de continencia, de morte, de omni laude virtutis
de diis immortalibus, de caritate patrie Stoi-
ce solebat oratoriis ornamentis adhibitis dicere.
Ego vero tibi illa ipsa que vix in gymnasiis
et in ocio Stoici probant ludens conieci in com-
munes locos, que quia sunt admirabilia et
contra omnium opinionem, et ab ipsis paradoxa vo-
cantur temptare volui possentne in lucem
proferri et in foro et ita dici ut probarentur
an alia quedam erudita, alia popularis esset
oratio. Eoque hos locos scripsi libentius. Nam michi
ista paradoxa que appellantur maxime vi-
dentur esse Socratica, longeque verissima. Acci-
pias igitur hoc parvum opusculum lucubratum his iam
contractioribus noctibus. Quoniam illud maiorum

vigilatum munus in tuo nomine apparuit, et
degustabis hoc genus exercitationum mearum, qui-
bus uti consuevi, cum ea que dicuntur in scolis
θετικῶς ad nostrum oratorium transfe-
ro dicendi genus. Hoc tamen opus in acceptum ut refe-
ras nichil postulo. Non enim est tale ut in arce
poni possit quasi illa minerva fidie, sed tamen
tale est, ut ex eadem officina exisse appareat.
In hac eadem figura. **Quod honestum sit id solum esse bonum.**

Vereor tamen ne cui vestrum ex Stoicorum
hominum disputacionibus non ex meo sensu
deprompta videatur. Hec oratio dicam
tamen quod sentio et dicam brevius quam
res tanta dici potest. Numquam mehercle ego
nec pecunias istorum, nec tecta magnifica nec
opes nec imperia, neque eas quibus astricti sunt
voluptates, in bonis rebus aut expetendis nu-
merandas esse dixi. Quippe cum viderem homines
his rebus circumfluentes, et tamen vidi illos maxime
desiderare illas quibus habundarent. Neque
enim umquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis,
neque solum ea que habent libidine augendi cru-
ciantur, sed etiam amittendi metu. In quo qui-
dem continentissimorum hominum maiorum nostrorum requiro
prudentiam, qui hec imbecilla et commuta-
bilia pecunie membra solo bono verbo appellan-
da putaverunt, cum re ac factis aliter iudicassent.
Potest ne umquam bonum esse malo, aut potest quis-
quam in habundancia bonorum esse non bonus?
Atqui ista omnia talia videmus ut etiam improbi
ea habeant et obsint probis. Quamobrem irri-
deat si quis volt, sed plus apud me vera ratio
valebit quam vulgi opinio, neque dico ego umquam
illum bona perdidisse, si quis pecus aut suppellecti-
lem amiserit, necnon illum sapientem Biantem lau-
do, ut opinor qui numeratur inter septem. Cuius
cum Prienam patriam cepisset hostis, ceteri ita fuge-
rent ut multa de suis rebus secum asportarent,
cum esset monitus a quodam ut idem ipse faceret

Cicero
92

Ego vero ingenue fatior nec umquam mea meam po-
tero, ille hec ludibria fortune nec sua quidem putave-
rit que nos etiam appellamus bona. **Quid
est bonum.** Quereret ergo aliquis quid
sit bonum. Si quid recte fit et honeste et cum vir-
tute id bene fieri vere videtur et quod hone-
stum et rectum cum virtute est id solum opinor bonum.
Sed hec videri possunt obscuriora cum a[p]postolorum[?]
eorum cum lentius disputantur. vita atque factis il-
lustrata summorum virorum sunt, hec que verbis
subtilius quam satis est disputari videntur. Quero
enim a vobis num ullam cogitacionem habuis-
se videantur, hii qui hanc rem tam preclaram
nobis fundatam reliquerunt auri et argenti
ad avariciam aut amenitatem ad delectacionem
aut supellectilis ad divicias, aut epularum
ad voluptates, ponite ante oculos unumque-
que regum vultis incipere a Romulo, vultis post
liberam civitatem ab hiis ipsis que liberaverunt eam.
Quibus tandem Romulus gradibus ascendit in
celum, hiis ne que ista bona appellant, aut
rebus gestis aut virtutibus. Quid Numa Po-
pilius minus ne gratas diis immortalibus cu-
pidines ac fictiles urnas fuisse quam delica-
tas aliorum pateras arbitrimur. Omitto reliquos.
Sunt enim omnes pares inter se preter superbum
Brutum. Si quis roget quid egerit in patria li-
beranda si quis item reliquos eiusdem con-
silii socios quod expectaverunt quid consecu-
ti sunt, num quis existet cui voluptas vel
divicie, cui denique preter officium fortis et magni
viri quicquid aliud propositum fuisse videatur que
res ad necem Porsenne. Quid Mucium impulit
sine ulla spe sue salutis que vis Coclitem contra
omnes hostium copias tenuit in ponte solum que-
vis patrem, Decium cum filio devotavit in
armatas hostium copias. Quid continencia quin-
ti Fabricii quid tenuitas victus Marci Curii
sequebatur, quid duo propugnacula belli Punici
Gnei et Publii Scipionis qui Cartaginensium

fictile vas quod fit e ... a figulo ... quod fingi ...

Ad ventum corporibus suis nil duodecim putauerunt/ Quid affricanus maior / quid hic minor / quid inter hos etates interiectus Catho / quid alii innumerabiles / nam domesticis negociis habundamus / putamusne illos quicquam in vita sibi esse expetendum cogitasse / nisi quod laudabile esset et preclarum videretur / Veniant igitur isti irrisores orationis ac sententie et iam ipsi iudicent utrum horum aliquem qui marmoreis in tectis ebore et auro fulgentibus · qui signis / qui tabulis / qui celato auro et argento / qui Corinthiis copiis habundant An qui Fabricii qui nichil habuerit eorum nichil eorum habere voluit se similes maluit Atque hec quidem que modo huc / modo illuc transferuntur / facile adduci solent / ut hec in bonis rebus esse negent

Illud arte tenent accurateque adduxerunt defendunt voluptatem esse summum bonum · Que quidem vox pecudum videtur esse non hominum Tu cum tibi quod facilius est sive deus sive mater / ut ita dicam natura omnium rerum dederit animum / quo nichil prestantius nichil divinius sit te ipse abicies vel prosternes / ut nichil inter te et aliquam quadrupedem putes interesse Quicquam ne bonum esse / quod non eum qui id possidet meliorem facit / Ut enim quisque maxime boni particeps esse / ita et laudabilis maxime / neque est enim ullum bonum / de quo is qui habet id / honeste non possit gloriari Quid autem horum esse in voluptate / meliorem ne efficit aut laudabiliorem virum An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando se predicatione efferat Atque si voluptas que plurimorum patrociniis defenditur in rebus bonis habenda non est / eaque quo est maior / eo magis mentem ex sede et statu dimovet profecto nichil aliud est bene et honeste vivere · nisi honeste et recte vivere

In quo bitus sit ei nichil deesse ad bene beate que viuendum sequitur.

Nec ego vero marcum regulum erumnosum / nec infelicem · nec miserum umquam putaui / non enim magnitudo animi eius cruciabatur a penis / non grauitas / non fides / non

constancia / non ulla virtus / non denique animus ipse / qui
tot virtutum presidio preditus fuit tantoque comitatu cum
corpus eius caperetur / capi animus ipse certe non potuit / .
Gaium vero Marium vidimus / qui michi in secundis rebus
unus ex fortunatissimis hominibus / in adversis / unus
ex summis viris videbatur / quo beatius nichil mor=
tali esse potest. Nescis insane nescis / quantas virtus
vires habeat / nomen enim virtutis usurpas / quid
ipsa iam valeat ignoras. Nemo potest non beatissi=
mus esse · qui est aptus ex sese / qui in se uno
sua ponit omnia. Cui spes omnis et racio et cogi=
tacio pendet ex fortuna / huic nichil potest esse certi
nichilque exploratum habeat unum diem sibi perma=
surum. Eum tu hominem terreno / si quem eris nactus
istius mortis aut exilii minis / michi vero quic=
quid acciderit in tam ingrata civitate nec recusanti
quidem evenit / non modo enim non repugnanti. Quid enim
ego laboravi / aut quid egi / aut in quo evigila=
verunt cure et cogitaciones mee siquidem nichil pe=
perimus tale nichil consecutus sum / ut eo statu es=
sem / quem neque fortuna temeritas / neque inimicorum
labefactaret iniuria mortem ne michi minaris ut
omnino ab hominibus / an exilium / ut ab improbis demi=
grandum sit. Mors terribilis est hiis / quorum cum vita
omnia extinguuntur / non hiis quorum laus emori
non potest. Exilium autem hiis terribile est / quibus quasi cir=
scriptus est habitandi locus / non hiis qui omnem terrarum
orbem unam urbem esse ducunt. Te miserie / te erum=
ne omnes premunt · Tu in te beatum / qui florentem putas
te tue libidines torquent / tu dies noctesque cruciaris /
Cui nec satis est quod est · et id ipsum ne non diutur=
num sit futurum times. Te consciencie stimulant ma=
leficiorum tuorum / te metus exanimat iudiciorum atque
legum. Quocunque aspexisti ut furie / sic tibi occurrunt
iniurie / que te suspirare non sinunt. Quam ob rem
ut improbo et stulto et inerti / nemini bene esse potest sic
bonus vir sapiens et fortis miser esse nemo potest.
Nec vero cuius virtus moresque laudandi sunt / eius vero
vita laudanda est. Neque porro fugienda vita est / que
laudanda est / esset autem fugienda si esset misera

Quamobrem quod est laudabile id et bonum et honestum
et expetendum videri decet. **Parva culpa
inquit est ut magna. Nec enim pec-
cata rerum eventu sed viciis hominum
metienda sunt. Sequitur tertium**

In quo peccatur, id potest esse aliud alio
maius aut minus. Quoniam quod est peccatum
quoquo verteris unum est. Auri na-
vem evertat gubernator an palee, in re ali-
quantulum, in culpa gubernatoris nichil interest. Lapsa est
libido in muliere ignota, dolor ad pauciores attinet,
quam si esset petulans in aliqua generosa virgine ac
nobili. Peccavit vero nichilominus. Si quidem est peccare
tanquam transire lineas. Quod cum feceris, culpa com-
missa est. Quam longe progrediare cum semel transie-
ris, ad augendam culpam transeundi nichil pertinet.
Peccare certe licet nemini. Quod autem non licet, illud
hoc uno tenetur si arguitur non licere. Id si nec ma-
ius nec minus unquam fieri potest, quoniam ideo peccatum est si
non licuit, quod semper unum et idem est, que ex eo na-
scuntur equalia peccata esse oportet. Quod si virtutes sunt
pares, paria vicia esse necesse est. Atqui pares
esse virtutes nec bono viro meliorem nec tem-
perante temperanciorem, nec forti forciorem, nec
sapienti sapienciorem posse fieri facillime po-
test percipi. An bonum virum dices qui depositum
nullo teste cum lucrari impune posset auri pon-
do decem reddiderit, si idem in decem milibus po-
ndo auri non idem fecerit? Aut temperantem qui
se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effu-
derit? Una virtus est consentiens cum racione et
perpetua constancia. Nichil huic addi potest quo ma-
gis virtus sit, nichil demi, ut virtutis nomen re-
linquatur. Etenim si bene facta recte et sapienter
facta sunt, et nichil recto rectius, certe nec quic-
dem bono melius quicquam inveniri potest. Se-
quitur igitur ut et vicia sint paria, si quidem pra-
vitates animi recte vicia dicuntur. Atqui quoniam pa-
res sunt virtutes, recte facta, quando a virtutibus
proficiscuntur, paria esse debent. Item ergo peccata quoniam

ex vitiis manant sint equalia necesse est / Paradoxum
michi ista summus metuebam ne a zenonis dicerem /
Socrates disputabat isto modo / Tum hercle narrabat id
istud doctum et sapientem virum fuisse memorie traditum est
Quero tamen quos ex te / cum viris nos contendimus non
pugnis / utrum a bonis querendum est quid baiuli / quid opera-
rii / an quid homines senserint doctissimi cum hac sententia non
modo verior sed nec utilior hominum reperiri ulla potest
Que enim vis est enim que magis arceat homines ab impro-
bitate omni quam si senserint nullum in delictis esse dis-
crimen / et eque peccare se / si privatis ac si magistratibus
manus afferant quamcunque in domum stuprum intulerint
eandem esse labem libidinis / Nil ne non facile possim
discernere igitur interest / Nam hoc dicet aliquis / patrem
quis enecet an servum / nuda ista si ponas iudicari
qualia sint non facile possunt / patrem vita privare
si per se scelus est Saguntini qui parentes suos libe-
ros emori quam servos vivere maluerunt / parricide fue-
runt ergo et parenti non numquam adimi vita sine scelere
potest et servo sepe sine iniuria non potest / Causa igitur hec
non natura distinguit que quoniam utro accessit id fit
propensius si in utroque adiuncta est paria fiant
necesse est / Illud tamen interest / quod in servo necando
si fit iniuria semel peccatur / In patris vita viola-
nda multa peccantur / violatur is qui procreavit / is
qui aluit / is qui erudivit / is qui domo ac se-
de / atque in republica collocavit multitudine pec-
catorum prestat / eo quod pena maiore dignus est / sed
nos in vita non que cuique peccato pena sit / sed quan-
tum cuique liceat spectare debemus / Etiamne in minimis
rebus / quicquid non oporteat scelus esse / quicquid non
licet nephas esse / putare debemus rerum modum
figere non possumus / animorum modum tenere pos-
sumus / histrio si paulum se movet extra numerum /
aut si versus pronunciatus est / sillaba una bre-
vior aut longior exsibilatur exploditur / In vita
tu qui omni gestu moderatior / et omni versu aptior esse
debes ut in sillaba te peccasse dices / poetam non
audio in nugis in vite societate audiam / civem
peccata digitis dimetientem sua / Que si visa sint

breviora / leniora quidem possunt ea dici ut lenio-
ra qui possit tamen tunc quis possit / quicquid pec-
catur perturbatione peccatur rationis atque ordinis / per-
turbata autem ratione semel / atque ordine nichil pos-
sit addi / quo posse magis peccari videatur /

Omnes stultos insanire contra

Ego vero te non stultum ut sepe non improbum
ut semper sed dementem et insanum rebus
necessariis / sapientis animus mag-
nitudine consilii / tollerancia rerum huma-
narum contemptione fortune virtutibus / denique omnibus
ut menibus septus vincetur et expugnabitur / qui
ne de civitate quidem pelli potest / Que enim est civi-
tas omnisne conventus ferorum et inmanium / omnisne
etiam fugitivorum ac latronum congregata in unum locum
multitudo / Certe negabis esse / Igitur erat illa tunc
civitas cum leges in ea nichil valebant / cum iudi-
cia iacebant / cum mos patrius occiderat / cum ferro
pulsis magistratibus senatus nomen in re publica erat
predonum ille concursus / et te duce latrocinium in
foro constitutum / et reliquie coniurationis a Ca-
teline furiis ad tuum scelus furoremque conver-
se / non civitas erat itaque pulsus ego a civitate
non sum que nulla erat accersitus sum in civitatem
ut esset in re publica consul / qui tum nullus fuerat
ut esset senatus qui tunc occiderat esset consensus
populi liberi esset iuris et equitatis que vincula
sunt civitatis / repetita memoria / Ac vide quam
ista tui latrocinii tela contempserim / Iactam
et immissam a te nephariam quidem iniuriam semper du-
xi pervenisse ad me numquam putavi / nisi forte cum
parietes disturbabas / aut cum tectis sceleratas
faces inferebas / meorum aliquid ruere aut de-
flagrare arbitrarer / nichil quidem neque meum / neque
cuiusquam quod auferri / quod eripi / quod amitti potest / Si
michi eripuisses divinam animi mei constanciam me-
as curas / vigilias / consilia / si meo re publica quibus
te invitissima constat / Si huius eterni bene-
ficii inmortalem memoriam delevisses / multo etiam
magis / si illam mentem / unde hec consilia manarunt

oppressisset / tunc ego me accepisse me iniuriam confi-
terer. Sed hoc nec fecisti / nec facere potuisti / redi-
tum in gloriam tuam fecit iniuria non exitum calami-
tosum. Ergo ego semper civis / et tunc maxime cum meam
salutem senatus exteris nationibus ut optimi commendabat
Tu ne nunc quidem es civis nisi forte idem civis et
hostis esse potest. An tu civem ab hoste / natura an loco
non animis / factis quoque distinguis. Cedem in foro
fecisti armatis latronibus templa tenuisti / privato-
rum domos edes sacras incendisti. Cur es hostis
Spartacus si tu es civis potes tu autem esse ci-
vis propter quem aliquando civitas non fuit et me tuo
nomine appellas. Cum omnes meo discessu exulasse rem
publicam putant. Nunquam ne homo amicissime te circumspi-
cies. Nunquam ne quid facies considerabis ne quid
loquere. Nescis exilium scelerum esse penam meum illud
iter ad preclarissimas res a me gestas esse su-
sceptum. Omnes scelerati atque impii quorum te ducem
esse profiteris quos leges exilio affici voluit ex-
ules sunt etiam si solum non mutaverunt. An tu cum omnes
leges te exulem esse iubeant / non eris exul nisi ap-
pellent inimicum non appellet inimicus / qui cum te-
lo fuerit ante senatum tua sica apprehensa est / qui
hominem occidit. plurimos occidisti qui incendium
fecit ac edes Nympharum manu tua deflagravit
Qui templa occupavit. in foro castra posui-
sti. Sed quid ego communes leges profero de te-
nentibus omnibus es exul familiarissimus tu-
us de te privilegium tulit ut si in opertum Bo-
ne Dee accessisses exulares / ac te id fecisse et
iam gloriari soles. Quo modo igitur tot legibus eiectus no-
men exulis non perhorrescis. Rome sum inquis
et quidem in opertu fuisti / Non igitur ubi
quisque erit eius loci ius tenebit si eum ibi esse
legibus non oportebit. Omnes sapien-
tes liberos esse et omnes stultos ser-
vos.

Laudetur vero hic imperator aut etiam appellatur aut hoc
nomine dignus putetur. Quo modo aut
cui tandem hic libero imperabit

Qui non potest suis cupiditatibus imperare. Refrenet
Refrenet primum libidines / spernat voluptates / iracun-
diam teneat / coerceat avariciam ceteras animi labes
repellat / tunc incipiat aliis imperare cum ipse im-
probissimis dominis dedecori ac turpitudini parere desie-
rit / dum quidem hiis viciis obediet non modo imperator
sed liber omnino habendus non erit / preclare enim
hoc est usurpatum a doctissimis / quorum ego auctori-
tate non uterer / si michi apud aliquos agrestes hec
habenda esset oratio cum vero apud prudentissimos
loquar quibus hec inaudita non sint / cur ego
simulem me si quid in hiis studiis opere posuerim per-
didisse / Dictum est igitur ab eruditissimis viris / ni-
si sapientem liberum esse neminem Quid est enim li-
bertas nisi potestas vivendi ut velis Quis igitur vivit
ut vult nisi qui recta sequitur / qui gaudet officio
cui vivendi via considerata est atque provisa est Qui
legibus quidem non propter metum paret / sed eas sequitur et
colit et quia salutare esse maxime iudicat / qui nichil
dicit nichil facit / nichil cogitat / Denique nisi libere
et libenter Cuius omnia consilia / resque omnes quas gerit
ab ipso proficiscuntur / nec est ulla res / que plus apud
eum polleat / quam ipsius voluntas atque iudicium / cui
quidem etiam que vim maximam habere dicitur fortuna ipsa cedit
sicut sapiens poeta dixit Suis ipse fingit moribus
Soli igitur hoc contingit sapienti ut nichil faciat
invitus / nichil dolens nichil coactus Quod et si
ita pluribus verbis disserendum est / illud tamen breve
constituendum est nisi qui ita sit affectus esse liberum ne-
minem / Servi igitur omnes improbi / nec tam re est quam dic-
tu inopinatum atque mirabile / Non enim ita dicunt
eos esse servos ut mancipia que sunt dominorum / et facta
nexu / aut aliquo iure civili / Sed si servitus sit sicut
est obediencia fracti animi atque abiecti et arbitrio ca-
rentis suo / Quis neget omnes leves / omnes cupidos /
omnes denique improbos esse servos An ille michi liber
videtur esse cui mulier imperat cui leges imponit /
prescribit iubet / vetat / quod sibi videtur Cui imperanti
imperanti negare potest / nichil recusare audet / poscit
dandum est / vocat veniendum est / eicit abeundum est /

cominantem extimescentem. Ego vero istum non modo servum, sed
nequissimum servum, etiamsi in amplissima familia natus
sit, appellandum puto. Atque ut in magna familia stul-
torum sunt alii lautiores ut sibi videntur servi, sed tamen
servi sunt atrienses actu pari stulticie quos sunt quos si-
gna, quos tabule, quos celatum argentum, quos
corinthia opera, quos edificia magnifica nimio opere
delectant. Et sumus inquiunt principibus civitatis sumus.
At vos vero ne conservorum quidem vestrorum principes estis, sed
ut in familia qui tractant ista, qui tergunt, qui ver-
gunt, qui spargunt non honestissimum locum tenent
servitutis, sic in civitate qui se istarum rerum cupidi-
tatibus dederunt ipsius civitatis locum pene infimum ob-
tinent. Magna inquis bella gessi magnis imperiis et pro-
vinciis prefui. Gere igitur animum laude dignum. Aetionis
tabula te tenet, aut signum aliquod intuentem te poli-
cleti admirantem clamores tollentem. Servum video ser-
vum esse omnium ineptiarum iudico. Nonne igitur illa sunt fe-
stiva? Sunt, nam nos quoque oculos eruditos habemus. Sed obsecro
te ita venusta habeantur ista non ut vincula virorum sint, sed
oblectamenta puerorum. Quid enim censes? Si Lucius
Mummius aliquem istorum videret Matellionem Corin-
thium cupidissime tractantem, cum ipse totam Corin-
thum contempsisset, utrum illud (illum) civem excellentem an
athriensem diligentem putaret? Reviviscat Marcus
Curius, aut eorum aliquis quorum in villa ac domo ni-
chil splendidum nichil ornatum fuit preter ipsos, et vi-
deat aliquem summis populi beneficiis usum barbatos
mullos expectantem de piscina et pertractantem et
murenarum copia gloriantem, nonne hunc hominem ita
servum iudicet, ut ne in familia quidem dignum ma-
iore aliquo negocio putet? An eorum servitus du-
bia est, qui cupiditate peculii nullam condicionem recu-
sant durissime servitutis? Hereditatis spes quid ini-
quitatis in serviendo non suscipit? Quem nutum locu-
pletis orbis senis non observat? Loquitur ad volunta-
tem, quicquid denunciatum sit facit, assectatur, assidet,
muneratur. Quid horum est liberi? Quid denique nisi ser-
vi inertis? Quid dicam illa cupiditas que videtur
esse liberalior honoris et imperii provinciarum quam dura est

domina / quam imperiosa / quam vehemens Cethego hominem non
probatissimo servire coegit eos / qui sibi amplissimi esse
videbantur munera mittere / noctu venire domum ad
eum precari denique supplicare. Que servitus est si hec
libertas existimari potest. Quid cum cupiditatum dominatus
excessit et alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum ti-
mor quam est illa misera / quam dura servitus. Adole-
scentibus paulo loquacioribus est serviendum omnes qui
aliquid scire videntur tamquam domini timentur. Iudex
vero quantum habet dominatum quo timore nocentes afficit
An non est omnis metus servitus. Quid valet igitur illa elo-
quentissimi viri Lucii Crassi copiosa magis quam
sapiens oratio / Eripite nos ex misera servitute / Que est
servitus ista tam claro homini tamque nobili. Omnis animi debi-
litas et humilis et confracta timiditas servitus est /
Nolite sinere nos cuiquam servire / In libertatem vult
vendicari minime. Quid enim adiungit nisi vobis uni-
versis. Dominum mutare non vult esse liber. Quibus et
possumus et debemus servire. Nos vero si quid animo excel-
so et alto et virtutibus exaggerati sumus nec debemus
vero alteri servire possumus. Tu posse te dicito quoniam
quidem potes debere ne dixeris quoniam nichil quisquam debet
nisi quod turpe est non reddere. Sed hec actenus. Ille
videat / quomodo imperator esse possit / cum eum nec liberum
quidem esse ratio et veritas ipsa convincat. Quod
solus sapiens sit dives et cetera

Que est ista in commemoranda pecunia tua /
tam insolens ostentatio. Solusne tu di-
ves. Proh dii immortales. Ego ne me au-
disse aliquid et didicisse non gaudeam /
Solusne es dives. quid si pauper es. Quem enim in-
telligimus divitem. aut hoc verbum in quo homine ponimus
Hoc verbum opinor in eo cui tanta possessio est / ut ad li-
beraliter vivendum facile contentus sit. Quam nichil querat /
nil appetat / nil optet amplius. Animus tuus se
iudicet divitem / non hominum sermo / neque possessiones tue
et nil deesse putet nichil curet amplius. Satiatus
sit aut et contentus pecunia. Concedo. dives es.
Quid si propter aviditatem pecunie nullum questum turpe
esse putas. Cum isti ordini nec honestus possit esse ullus

Si contendere fructus decapris possis patris celsi / ansceris
exceptis / si socios spolias / erarium expilas / si testamenta
amicorum expectas aut quidem et te ipse supponis / hec utrum ha-
bundantis aut egentis signa sunt. Animus hominis dives non
archa appellari solet. Quamvis illa sit plena auri dum
te inanem videbo / divitem non putabo. Etenim ex eo quan-
tum cuique satis est metiuntur homines divitiarum modum. Fi-
liam si quis habet pecunia opus est / duas plures maiore
etiam si ut aiunt Danai l. sint filie / tot dotes ma-
gnam querunt pecuniam. Quantum enim cuique opus est ad id
accommodatur ut ante dixi divitiarum modus. Qui igitur
filias plures non habuerit / sed innumerabiles cupiditates
habuerit / que brevi tempore magnas copias exhaurire
possint hunc quomodo ego appellabo divitem cum ipse se egere
sentiat. Multi ex te audierunt cum diceres neminem
esse divitem / nisi qui exercitum alere possit suis fructibus
quod populus romanus tantis vectigalibus / iam pridem
vix potest hoc ergo proposito numquam eris dives antequam
ex tuis possessionibus tantum reficiatur / ut eo tueri sex
legiones et magna equitum ac peditum auxilia possis
iam fateris igitur te non esse divitem cui tantum de-
sit ut expleas id quod optas. Itaque istam paupertatem
vel potius egestatem ac mendicitatem tuam numquam
obscure tulisti / nam ut hiis qui honeste rem querunt
mercaturis faciendis / operis dandis publicis su-
mendis intelligimus esse opus / quesito sic qui videt
domi pariter accusatorum atque indicum et consociatos gre-
ges / qui nocentes et pecuniosos reos eodem te auc-
tore corruptelam iudicii molientes quas tuas
mercedum pactiones in patrociniis intercessiones pecuniarum in
coitionibus candidatorum / dimissiones libertorum ad fene-
randas et diripiendas provincias quas expulsio-
nes vicinorum quam latrocinia in agris quam cum ser-
vis cum libertis cum clientibus societates. Quam possessio-
nes vacuas. Quam proscriptiones locupletium que ce-
des municipiorum / qui illam Sillani temporis messem
recordetur / qui testamenta subiecta tot quam sub-
latos homines quam denique omnia venalia dele-
ctum et decretum alienam suam sententiam / forum domum vo-
cem silentium quis hunc non putet confiteri quesito

quinquaginta

opus esse. Cui autem quesito opus sit, quis umquam
vel hunc divitem dixit. Et enim diviciarum fructus in co-
pia est, copiam autem declarat societas rerum atque habun-
dancia rerum. Quam tu quoniam umquam assequere, nullo omnino numquam
futurus dives. Meam autem quoniam pecuniam contempnis et recte
est enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam
modica, de me silebo, de te loquar. Si censenda nobis
atque estimanda res sit, utrum tandem pluris estimemus pecu-
niam Pirri quam Fabricio dabat, an continenciam Fabri-
cii, qui illam pecuniam repudiabat? Utrum aurum Samni-
tum an responsum M. Curii, an hereditatem L. Pauli, an libe-
ralitatem Affricani, qui eius hereditatis Maximo fratri suo
partem suam concessit? Hec profecto que sunt summarum vir-
tutum pocius existimanda sunt, quam illa que sunt
pecunie. Quis igitur, siquidem ut quisque quod plurimis
possideat ita ditissimus habendus sit, dubitat quin
in virtute divicie sint? Quoniam nulla possessio, nulla
vis auri et argenti pluris quam virtus estimanda est.
O dii immortales, homines non intelligunt quam magnum
vectigal sit persimonia. Venio enim iam ad sumptuo-
sos, relinquo istum questuosum. Capit ille ex suis pre-
diis sexcenta sextercia, ego centena ex meis. Illi
aurata tecta in villis et solaria marmore facie-
ti et signa tabule et supellectilia in vestes in-
finite concupiscentis non modo ad fructum ille est sump-
tus, sed eciam ad fenus exiguum. Sed ex meo tenui
vectigali detractis sumptibus cupiditatis aliquid
etiam redundabit. Utrum igitur est dicior, cui de-
est, an cui superat? qui eget, an qui habundat? Cui
possessio quo est maior eo plus requirit ad se tu-
endam, an qui se viribus suis sustinet? Sed quid ego
de me loquor, qui mox acceptus vicio aliquantu-
lum et ipse fortasse in huius seculi errore ver-
ser. M. Manlius patrum nostrorum memoria ne semper
Luscinios et Curios loquimur, pauper tandem
fuit. Habuit enim ediculas in Carinis et fundum
in Libitano vel in Lactapo. Nos vero ditiores sumus
qui plura habemus? Utinam quidem. Sed non estima-
cione census verum victu atque cultu terminatur
pecunie modus. Non esse emacem vectigal est, non esse

Cupidum ~~cunte~~ pecunie contentus vos sunt rebus hec
maxime sunt certissime quam diuicie Etenim si isti callidi
rerum estimatores prata et areas quasdam magni esti-
mant quod ei generi possessionum minime quasi noceri non potest /
neque naufragio neque incendio amittitur quanti est estiman-
da virtus que nec eripi nec surripi potest nec tempestatum
nec temporum perturbacione mutatur Qua preediti qui sunt
soli diuites soli possident res et fructuosas et sem-
piternas Soli quod est proprium diuiciarum contenti sunt rebus
suis satis esse putant quod est nichil appetunt nulla
re indiget nichil sibi deesse sentiunt nichil requi-
runt Improbi aut avari quam incertas atque in casu po-
sitas possessiones habent. Nec eorum quisquam adhuc
inventus est cui quod haberet satis esset non modo /
non copiosi ac diuites sed etiam pauperes et
inopes estimandi sunt /

Incipit liber Tulii de Officiis

Quamquam te marce fili annum iam audientem Cratippum idque Athenis, habundare oportet preceptis institutisque philosophie propter summam et doctoris auctoritatem et urbis, quorum alter te sciencia augere potest altera exemplis. tamen ut ipse ad meam utilitatem semper cum grecis latina coniunxi, neque id in philosophia solum, sed eciam in dicendi exercitacione feci, idem tibi faciendum censeo ut par sis in utriusque oracionis facultate. Quam quidem ad rem nos ut videmur magnum attulimus adiumentum hominibus nostris. ut non modo grecarum litterarum rudes, sed eciam docti aliquantum se arbitrentur adeptos et ad dicendum et ad iudicandum. Quamobrem disces tu quidem a principe huius etatis philosophorum, et disces quamdiu voles. tamdiu autem velle debebis quoad quantum proficias non te penitebit. Sed tu nostra legens non multum a peripateticis dissidencia, quoniam utrique socratici et platonici volumus esse, de rebus ipsis utere iudicio tuo. nichil enim impedio. oracionem autem latinam efficies profecto legendis nostris pleniorem. Nec vero hoc arroganter dictum existimari velim. Nam philosophandi racionem concedens multis. quod est oratoris proprium apte distincte ornate dicere, quoniam in eo studio etatem consumpsi, si id michi assumo videor meo iure quodammodo vendicare. Quamobrem magnopere te hortor mi Cicero, ut non solum oraciones meas sed eciam hos de philosophia libros, qui iam illis fere se equarunt studiose legas. vis enim maior est in illis dicendi. Sed hoc quoque colendum est equabile et temperatum oracionis genus. Et id quidem nemini video grecorum adhuc contigisse. ut idem in utroque genere laboraret sequeretur que et illud forense dicendi et hoc quietum disputandi genus. nisi forte demetrius phalareus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis orator parum vehemens dulcis tamen, ut theofrasti discipulum possis agnoscere. Nos autem

[illegible]

[illegible]

contendit in utroque prestancius aliorum sit iudicium utrum-
que certe secuti sumus. Equidem et platonem existi-
mo, si id genus forense dicendi tractare voluisset
gravissime et copiosissime potuisse dicere. Et de-
mostenem si illa que a platone didicerat tenuis-
set et pronunciare voluisset ornate splendideque
facere potuisse. Eodemmodo que de Aristotile et
Ysocrate iudico quorum uterque suo studio delecta-
tus contempsit alterum. Sed cum statuissem scribere
ad te aliquid cum hoc tempore multa post hac habeo
exordiri maxime volui quod et etati tue esset ap-
tissimum et auctoritati mee. Nam cum multa sint in
philosophia et gravia et utilia accurate copioseque a philosophis
disputata latissime patere videntur ea que ab
illis de officiis tradita et precepta sunt. Nulla
enim pars vite neque publicis neque privatis neque
forensibus neque domesticis in rebus neque si te-
cum agas quid neque si cum altero contrahas va-
care officio potest. In eoque colendo sita est vite ho-
nestas omnis et in negligendo turpitudo. Atque
hec quidem questio est omnium philosophorum. Quis enim est
qui nullis officii preceptis tradendis philosophum se au-
deat dicere. Sed sunt nonnulle disciplie que
propositis bonorum et malorum finibus officium omne
pervertunt. Nam qui summum bonum sic instituit ut
nihil habeat cum virtute coniunctum idque suis comodis
non honestate metitur hic sibi si ipse consenciat
et non interdum nature bonitate vincatur neque
amiciciam colere possit nec iusticiam nec liberali-
tatem. Fortis vero dolorem summum malum iudicans
aut temperans voluptatem summum bonum statuens esse
certe nullo modo potest. Que quamquam ita sint in
promptu ut res disputacione non egeat tamen sunt
a nobis alio loco disputata. Hee disciplinae
igitur si sibi consentanee velint esse de officio ni-
chil queunt dicere neque ulla officii precepta firma
stabilia coniuncta nature tradi possunt nisi aut
ab hiis qui solam aut ab hiis qui maxime hone-
statem propter se dicant expetendam. Ita propria est
preceptio Stoicorum et Achademicorum peripateticorum

Quin Aristonis pirithonis et herilli de officiis si-
rerum iam pridem explosa sententia est / qui tamen haberent
ius suum disputandi de officiis si aliquem rerum dele-
ctum reliquissent ut ad officii inventionem aditus
esset / Sequimur igitur hoc quidem tempore et in hac que-
stione potissimum Stoicos non ut interpretes / sed
ut solemus e fontibus eorum iudicio arbitrioque
nostro quantum quoque videbitur hauriemus /

Placet igitur quoniam omnis disputacio de officio
futura est ante diffinire quid sit officium /
quod a panetio pretermissum esse miror / Omnis enim que
a racione suscipitur de aliqua re institucio debet a
diffinicione proficisci / ut intelligatur quid sit id de
quo disputetur / Omnis de officio duplex est questio
Unum genus est quod pertinet ad finem bonorum / Al-
terum est quod positum in preceptis quibus in omnes
partes usus vite confirmari possit / Superioris ge-
neris huius sunt exempla / Omnia ne officia perfe-
cta sint / unquid officium alio aliud maius sit / et
que sunt generis eiusdem / Quorum autem officiorum pre-
cepta traduntur / ea quamquam pertinent ad finem bo-
norum tamen minus id apparet / quia magis ad insti-
tucionem vite communis spectare videntur / de quibus est
nobis his libris explicandum / atque etiam alia divi-
sio est officii / Nam et medium quoddam officium
dicitur / et perfectum / perfectum officium / rectum opinor vo-
cemus quod greci catorthoma / hoc autem commune
officium vocant / Atque ea sic diffiniunt ut rectum
quod sit id officium perfectum esse diffiniant / medium
autem officium id esse dicunt / quod cur factum sit ra-
cio probabilis reddi possit / Triplex est igitur
ut panetio videtur consilii capiendi deliberacio
Nam honestum ne factum sit / an turpe dubi-
tant id quod in deliberacionem cadit / in quo consi-
derando sepe animi in contrarias sentencias distrahuntur /
Tum autem aut inquirunt / aut consultant ad
vite comoditatem / iocunditatemque ad facultates
rerum / atque copias ad opes ad potenciam / quibus
et se possint iuvare et suos conducat nec ne
de quo deliberant / que deliberacio omnis in rem utilitatis

cadit. Tum dubitandi genus est cum pugnare videtur
cum honesto id quod videtur esse utile. Cum enim utilitas
ad se rapere, honestas contra ad se revocare videtur, fit
ut distrahatur in deliberando animus afferatque an-
cipitem curam cogitandi. Hac divisione cum preterire
aliquid maximum vitium in dividendo sit, duo pre-
missa sunt. Nec enim solum honestum an turpe sit de-
liberari solet, sed etiam duobus propositis honestis utrum
honestius, itemque duobus propositis utilibus utrum utilius.
Ita quam ille putavit triplicem esse rationem in quinque
partes distribui debere reperitur. Primum igitur est de
honesto, sed dupliciter, tum pari ratione de utili, post
de eorum comparatione disserendum.

Principio generi animantium omni est a natura
tributum ut se, vitam, corpusque tueatur, de-
clinet que ea que nocitura videantur, omniaque
que sint ad vivendum necessaria inquirat et paret, ut
pastum et latibula, et alia generis eiusdem. Commune
autem omnium animantium est coniunctionis appetitus procreandi
causa, et cura quedam illorum que procreata sunt. Sed inter
hominem et beluam hoc maxime interest, quod hec
tantum quantum sensu movetur ad id solum quod ad-
est quodque presens est se accomodat, paulum admodum
sentiens preteritum aut futurum. Homo autem quia rationis est
particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum
videt earumque progressus et quasi antecessiones non igno-
rat, et similitudines comparat, rebus presentibus adiungit
atque annectit futuras, facile totius cursum vi-
te videt, ad eamque degendam preparat res necessarias.
Eademque natura vi rationis hominem conciliat hominem et
ad orationis et vite societatem ingenerat in primis pre-
cipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt, im-
pellitque ut hominum cetus et celebrari inter se et
sibi obedire velit, ob easque causas studeat parare
ea que suppeditent ad cultum et victum, nec si-
bi soli, sed coniugi, liberis ceterisque quos caros habeat
tuerique debeat, que cura exsuscitat etiam animos et
maiores ad rem gerendam facit. In primisque hominis
est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum
sumus necessariis negotiis curisque vacui, tunc avemus

aliquid videre audire ac discere cognitionemque rerum aut
occultarum ac ad mirabilium ad beate vivendum
vitam ducimus. Ex quo intelligitur quod verum simplex
sincerumque sit id esse nature hominis aptissimum. Hu-
ic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio que-
dam principatus / ut nemini parere animus bene infor-
matus a natura velit nisi precipienti et docenti / aut
utilitatis causa iuste aut legittime imperanti. Ex quo
magnitudo animi existit / humanarumque rerum contemptio.
Nec vero illa parva vis nature est / rationisque / quod hoc
unum animal sentit quid sit ordo / quid sit / quod de-
ceat in factis dictisque / qui modus / Itaque eorum ipsorum
que aspectu sentiuntur nullum aliud animal pulchritudinem
venustatem convenientiam partium sentit. Quam simili-
tudinem natura / ratioque ab oculis ad animum transferens / multo
etiam magis pulchritudinem constantiam ordinem in consiliis
factisque conservandam putat / Cavetque ne quid inde-
core effeminateve faciat / tum in omnibus et opinionibus
et factis / ne quid libidinose / aut faciat aut cogi-
tet. Quibus ex rebus conflatur ac efficitur id quod
querimus honestum / quod etsi nobilitatum non sit /
tamen honestum sit / quodque vere dicimus etsi a nullo
laudetur natura esse laudabile / formam quidem ipsam /
Marce fili / et tamquam honesti faciem vides / que
si oculis cerneretur mirabiles amores / ut ait plato ex-
citaret sapientie. Sed omne quod honestum est id qua-
tuor partium oritur ex aliqua / aut enim in per-
spicientia veri solercia que versatur / aut in hominum so-
cietate tuenda / tribuendo que suum cuique / et rerum
contractarum fide aut in animi excelsi atque invicti
magnitudine / ac robore / aut in omnium que fiunt queque
dicuntur ordine / et modo in quo inest modestia et
temperancia. Que quatuor quamquam inter se colligata atque
implicata sunt / tamen ex singulis certa officiorum genera
nascuntur / velut ex ea parte que prima descripta est in
qua sapientiam et prudenciam ponimus / inest inda-
gacio atque inventio veri / eiusque virtutis hoc munus
est proprium / ut enim quisque maxime perspicit / quid in re qua-
que verissimum sit quique acutissime et celeber-
rime potest et videre et explicare rationem is prudentissimus

Et sapientissimi vite haberi solet. Quocirca huic quasi
materia / quam tractet et in qua versetur subiecta est
veritas. Reliquis autem tribus virtutibus necessitates proposite
sunt ad eas res parandas tuendasque / quibus actio vi-
te continetur. ut et societas hominum coniunctioque servetur. Et
Et animi excellencia magnitudoque cum in augendis opibus
utilitatibusque et sibi et suis comparandis / tum mul-
to magis in his despiciendis eluceat. Ordo autem et
constantia et moderacio / et ea que sunt his similia
versantur in eo genere / ad quod est adhibenda actio
quedam non solum mentis agitacio / His enim rebus que
tractantur in vita modum quendam et ordinem adhiben-
tes honestatem et decus conservabimus. Ex quattuor autem
locis in quos honesti naturam vimque divisimus. primus ille
qui in veri cognitione consistit maxime. naturam attingit huma-
nam. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et sciencie
cupiditatem in qua excellere pulcrum putamus. labi autem er-
rare nescire decipi et malum et turpe ducimus. In hoc
genere et naturali et honesto duo vicia vitanda sunt. unum
ne incognita pro cognitis habeamus / hisque temere assentiamur /
quod vicium qui effugere volet / omnes autem velle debent ad-
hibebit ad considerandas res et tempus et diligenciam. Al-
terum est vicium quod quidam nimis magnum studium multamque
operam in res obscuras atque difficiles conferunt / easdem
non necessarias. Quibus viciis declinatis quod in rebus honestis et
cognitione dignis opere cureque ponetur id iure lauda-
bitur. ut in astrologia C. / Sulpicium audimus / in geome-
tria Sextum Pompeium cognovimus. multos in dialecticis
plures autem in iure civili. Que omnes artes in veri inve-
stigatione versantur. Cuius studio a rebus agendis ab-
duci contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione
consistit. a qua tamen fit intermissio sepe / multique dantur
ad studia reditus. Tum agitatio mentis que numquam
acquiescit potest nos in studiis cognitionis etiam sine opera nostra
continere. Omnis autem cogitatio motusque animi / aut in
consiliis capiendis de rebus honestis et pertinentibus ad
bene beateque vivendum / aut in studiis sciencie cognitionisque
versabitur. Ac de primo quidem officii fonte diximus. Capitulum

De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio qua
societas hominum inter ipsos et vite quasi communitas

continetur. Cuius partes sunt due. iusticia in qua virtutis est sple-
dor maximus. Ex qua viri boni nominantur. Et huic coniuncta est
beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem ap-
pellari licet. Sed iusticie primum munus est. ut ne cui quis
noceat. nisi lacessitus iniuria. Deinde ut communibus
pro communibus utatur. privatis ut suis. Sunt autem privata
natura nulla. Sed aut vetere occupatione. ut qui quondam
in vacua venerunt. aut victoria. ut qui bello potiti
sunt. aut lege pactione. condicione. sorte. Ex quo fit
ut ager Arpinas / Arpinatium dicatur Tusculanus
Tusculanorum, Similisque est privatarum possessionum
descriptio. Ex quo quia suum cuiusque fit eorum que natura
fuerant communia / quod cuique obtigit / id quisque tene-
at. eo si quis sibi plus appetet violabit ius huma-
ne societatis. Sed quoniam ut preclare scriptum est a Platone
non nobis solum nati sumus. ortusque nostri partem
patria vendicat. partem amici. Atque ut placet Stoycis /
que in terris gignantur ad usum hominum omnia creari / ho-
mines autem hominum causa esse generatos / ut ipsi inter se alii aliis
prodesse possent. In hoc naturam debemus ducem sequi / communes
utilitates in medium afferre. mutatione officiorum dando
accipiendo / tum artibus / tum opera / tum facultatibus de-
vincire hominum inter homines societatem. Fundamentum autem est
iusticie / fides id est dictorum conventorumque constancia et veritas
Ex quo quamquam hoc videbitur fortasse cupit cuipiam
durius tamen audeamus imitari Stoycos / qui studiose
exquirunt / unde verba sint ducta. Credamusque quod ea
fiat quod dictum est appellatam fidem. / Sed iniusticie duo
sunt genera / unum eorum qui inferunt / alterum eorum
ab hiis quibus infertur / si possunt non propulsat iniu-
riam. Nam qui iniuste impetum in quempiam facit
aut ira aut aliqua perturbatione animi incitatus is
quasi manus inferre videtur socio. Qui autem non
defendit nec obsistit si potest iniurie tam est in vi-
cio quam si parentes amicos aut patriam deserat. Atque
ille quidem iniurie que nocendi causa de industria in-
feruntur. sepe a metu proficiscuntur / cum is qui nocere
alteri cogitat / timet nisi id fecerit ipse aliquo affi-
ciatur incommodo. Maximam autem partem ad iniuriam
faciendam aggrediuntur / nonnulli ut adipiscantur ea que

cupiditatem. In quo vitio latissime patet avaricia. Expe-
tuntur autem divicie tum ad usus vite necessarios, tum ad
perfruendas voluptates. In quibus autem maior est animus,
in hiis pecunie cupiditas spectat ad opes et ad gra-
tificandi facultatem, ut nuper Marcus Crassus negabat
nullam satis magnam esse pecuniam ei qui in re publica
princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere
non posset. Delectant etiam magnifici apparatus vite que
cultus cum elegancia et copia. Quibus rebus effe-
ctum est ut infinita pecunie cupiditas esset. Nec vero rei
familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est.
Sed semper fugienda iniuria est. Maxime autem adducuntur
plerique ut eos iusticie capiat oblivio cum in imperiorum honorum
et gloriae cupiditatem inciderunt. Quod enim
est apud Ennium Nulla sancta societas nec fides regni
est, id latius patet. Nam quicquid eiusmodi est in quo non possint plures
excellere, in eo fit plerumque tanta contencio ut diffici-
limum sit servare sanctam societatem. Declaravit id modo
temeritas Gaii Iulii Cesaris qui omnia iura divina et
humana pervertit propter eum quem sibi ipse opinionis errore
finxerat principatum. Est autem in hoc genere molestum quod in
maximis animis splendidissimisque ingeniis plerumque
existunt honoris imperii potencie glorie cupiditates.
Quo magis cavendum est ne quid in eo genere peccetur.
Sed in omni iniusticia permultum interest utrum perturbatione
aliqua animi que plerumque brevis est et ad tempus, an
consulto et cogitata fiat iniuria. Leviora enim
sunt ea que repentino aliquo motu accidunt quam
ea que meditata et preparata inferuntur. Ac de in-
ferenda quidem iniuria satis dictum est.

Pretermittende autem defensionis deserendique of-
ficii plures solent esse cause. Nam aut inimi-
cicias aut laborem aut sumptus suscipe-
re nolunt, aut etiam negligencia pigricia inercia
aut suis studiis quibusdam occupacionibusve sic impe-
diuntur ut eos quos tutari debeant desertos esse pa-
ciantur. Itaque videndum est ne non satis sit id quod a-
pud Platonem est in philosophos dictum, quod in veri investigatione
versentur, quodque ea que plerique vehementer ex-
petant de quibus inter se digladiari soleant contemnant

Et pro nichilo putant. Itaque iustos esse dum alterum iu-
sticie genus assequuntur in nocendo ne cui noceant
iniuria in alterum incidunt. Discendi enim studio impe-
diti quos tueri debent deserunt. Itaque eos ne ad rem
publicam quidem accessuros putat nisi coactos. Equi-
us autem erat id voluntate fieri. Nam hoc ipsum ita iu-
stum est quod recte fit si hoc est voluntarium. Sunt
etiam qui aut studio rei familiaris tuende aut odio
quodam hominum suum se negocium agere dicant ne facere
videantur cuiquam iniuriam. Qui cum altero genere i-
niusticie vacant in alterum incurrunt deserunt enim vite
societatem quia nichil conferunt in eam studii nichil ope-
ris facultatum. Quando igitur duobus generibus iniusticie
propositis adiunximus causas utriusque generis easque res
ante constituimus quibus iusticia continetur facile quod
cuiusque temporis officium sit poterimus nisi nosmetipsos
valde amabimus iudicare. Est enim difficilis cu-
ra rerum alienarum quamquam Terencianus ille Chre-
mes humani nichil a se alienum putat sed tamen quia
magis ea percipimus atque sentimus que nobis ipsis
aut prospera aut adversa eveniunt quam illa que
ceteris que quasi longo intervallo interiecto videmus
aliter de illis ac de nobis iudicamus. Quocirca bene
precipiunt qui vetant quicquam agere quod dubites
equum sit an iniquum. Equitas enim lucet ipsa per se
dubitacio cogitacionem iniurie significat. Sed incidunt
sepe tempora cum ea que maxime videntur digna esse
iusto homine eo quia quem virum bonum dicimus com-
mutantur fiuntque contraria ut non reddere depositum etiam
ne furioso facere promissum queque pertinent ad veritatem
et ad fidem ea migrare interdum et non ser-
vare sit iustum. Referri enim decet ad ea que posui
in principio fundamenta iusticie. Primum ut ne cui noceatur
deinde ut communi utilitati serviatur. Ea que cum tempore
commutantur. Commutatur officium nec semper est idem. Potest
enim accidere promissum aliquod et conventum esse tale ut
id effici non sit utile vel ei cui promissum sit vel ei
qui promiserit. Nam si ut in fabulis est Neptu-
nus quod Theseo promiserat non fecisset Theseus Ypo-
lito filio non esset orbatus. Ex tribus enim optatis

ut scribitur / hoc erat studium quod de ypoliti interitu ira/
tus optauit / quo impetrato in maximos luctus incidit.
Nec promissa igitur sunt seruanda ea que sunt hiis quibus
promiseris inutilia / nec si plus tibi ea noceant / quam
illi prosint cui promiseris contra officium est maius
detrimendum / anteponi minori / ut si constitueris cuipiam
te aduocatum in rem presentem esse venturum / atque in/
terim grauiter egrotare filius ceperit / non sit contra
officium non facere quod dixeris. Magisque ille cui pro/
missum sit ab officio discedat / si se destitutum queratur.
/ Iam illis promissis standum non esse quis non videt /
que coactus quis metu / que deceptus dolo promiserit.
que quidem pleraque iure pretorio liberantur / nonnulla
legibus. Existunt etiam sepe iniurie calumnia qua/
dam et nimis callida / sed maliciosa interpretatione iu/
ris. Ex quo illud summum ius summa iniuria fa/
ctum est tritum sermone prouerbium. quo in genere et in
re publica multa peccantur / ut ille qui cum trigin/
ta dierum essent pacte non noctium indicie indutie
Nec noster quidem probandus est. si verum est Q. fa/
bium labionem seu quem alium. nec enim habeo preter
auditum arbitrium Nolanis et Neapolitanis fi/
nibus a senatu datum cum ad locum venisset cum utris/
que separatim locutum / ne cupide quidem agerent ne
appeterent atque ut regredi quam progredi mallent /
Id cum utrique fecissent aliquantum agri in medio
relictum est. Itaque illorum fines sic ut ipsi dixerant ter/
minauit. In medio quod relictum erat populo Romano
adiudicauit / Decipere hoc quidem est non iudicare. quo/
circa in omni re est fugienda talis solercia /

Sunt autem quedam officia / etiam aduersus eos ser/
uanda / a quibus iniuriam acceperis. Est enim
ulciscendi et puniendi modus. Atque haud
scio an satis sit eum / qui lacessierit iniurie sue
penitere / ut et ipse ne quid tale posthac / et ceteri
sint ad iniuriam tardiores. Atque in republica ma/
xime conseruanda sunt iura belli. Nam cum sint duo
genera decertandi / unum per disceptationem. alterum per vim
cumque illud proprium est hominis. hoc beluarum confugiendum
est ad posterius si uti non licet superiore. Quare suscipi/

× at victoria conservandi. hii qui non crudeles in bello
nec immanes fuerunt ×

predata sunt bella ob eam causam ut sine iniuria
in pace vivatur / parta× fuerunt ut maiores nostri
Tusculanos equos / volscos. Sabinos. hernicos
in civitate etiam acceperunt. At Carthaginem et
numantiam funditus sustulerunt / nollem Corin-
thum / sed credo aliquos secutos oportunitatem loci
maxime ne posset aliquando ad bellum faciendum locus
ipse adortari. Mea quidem sententia paci que nichil
habitura sit insidiarum / semper est consulendum / In quo
si michi esset obtemperatum / si non optimam et aliquam
rem publicam / que nunc nulla est haberemus. Et
cum hiis quos vi devincere consulendum est / tum hii
qui armis positis ad imperatorum fidem confugient /
quamvis murum aries percusserit recipiendi. in quo
tanto opere apud nostros iusticia culta est / ut hii qui
civitates aut nationes devictas bello in fidem re-
cepissent / earum patroni essent maiorum more / At
belli quidem equitas sanctissime fetiali populi Ro-
mani iure perscripta est. Ex quo intelligi potest nullum
bellum esse iustum nisi quod aut in rebus petitis geratur aut
denunciatum ante sit indictum / Pompilius impera-
tor tenebat provinciam in cuius exercitu Cathonis fi-
lius tiro militabat. Cum autem pompilio videretur unam
dimittere legionem / Catonis quoque filium qui in eadem
legione militabat dimisit. Sed cum amore pugnan-
di remansisset Catho ad pompilium scripsit ut si eum
pateretur in exercitu manere secundo eum obligaret /
sacramento milicie quia priore amisso iure cum hosti-
bus pugnare non poterat. Adeo summa erat ob-
servacio in bello movendo. Marci quidem Cathonis
senis epistula est ad Marcum filium in qua scribit
se audisse eum factum missum esse a consule cum in Ma-
cedonia bello persico miles esset / monet igitur
ut caveat ne prelium ineat / Negat enim ius esse /
qui miles non sit cum hoste pugnare. Equidem
etiam illud animadverto quod qui proprio nomine perduellis esset
is hostis vocaretur / lenitate verbi rei tristiciam mi-
tigatam / hostis enim apud maiores nostros is dicebat
quem nunc peregrinum dicimus / Indicant xii tabule
ut status dies cum hoste itemque adversus hostem eterna

Auctoribus. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest eum cum
quo bellum gereret tam molli nomine appellare. quamquam
id nomen effecit durius iam vetustas a peregrino enim
iam recessit et proprie in eo qui contra arma ferret
remansit. Cum vero de imperio decertatur belloque quae-
ritur gloria causas omnino subesse tamen oportet easdem quas
dixi paulo ante iustas causas esse bellorum. Sed ea bella
quibus imperii proposita gloria est minus acerbe gerenda
sunt. ut enim cum civibus contendimus aliter si est ini-
micus aliter si competitor. cum altero certamen ho-
noris est et dignitatis cum altero capitis et famae
Sic cum Celtiberis cum Cimbris bellum ut cum ini-
micis gerebatur uter esset non uter imperaret. Cum
Latinis Sabinis Samnitibus Poenis Pyrrho de
imperio dimicabatur. Poeni foedifragi. Crudelis
Hanibal reliqui iustiores. Pyrrhi quidem de
captivis reddendis illa praeclara. Nec mi aurum
posco nec mi pretium dederitis nec cauponan-
tes bellum sed belligerantes ferro non auro
vitam cernamus utrique. vos ne velit an me
regnare fortuna quidve ferat fors vir-
tute experiamur et hoc simul accipe dictum quorum
virtuti belli fortuna pepercit eorundem me li-
bertati parcere certum est. dono ducite. doque vo-
lentibus cum magnis dis. regalis sane et di-
gna Eacidarum genere sententia. Atque etiam si quid sin-
gulis temporibus adducti hosti promiserunt est
in eo ipso fides conservanda ut primo punico bel-
lo Regulus captus a Poenis cum de captivis mu-
tandis Romam missus esset iurassetque se reddi-
turum. primum ut venit captivos reddendos in se-
natu non censuit. deinde cum retineretur a propinquis
et ab amicis redire maluit quam fidem hosti
datam fallere. Secundo autem punico bello post Ca-
nensem pugnam quos decem Hanibal Romam
misit astrictos iureiurando se redituros esse nisi
de redimendis his qui capti erant impetrassent
eos omnes censores quoad quisque eorum vixit qui peieras-
sent in aerariis reliquerunt. nec minus illum qui
iureiurando fraude culpam invenerat cum enim permissu

hanibalis exisset de castris, rediit paulopost
quod se oblitum nescio quid diceret. deinde egressus
e castris iureiurando se solutum putabat. Et
erat verbis, re non erat. Semper autem in fide quod
senseris, non quid dixeris, cogitandum. Et maximum
autem exemplum est iusticie in hostem a maioribus nostris
constitutum, cum a pirro perfuga senatui est
pollicitus se venenum regi daturum et eum
necaturum. Senatus eum et C. fabricius con-
sul pirro dedit. Ita ne hostis quidem et poten-
tis et bellum ultro inferentis interitum cum sce-
lere approbavit. Ac de bellicis officiis satis
dictum est. Meminerimus autem etiam adversus
infimos iusticiam esse servandam. Est autem
infima condicio et fortuna servorum, quibus
non male precipiunt, qui ita iubent uti, ut
mercenariis ad operam exigendam, et iusta
prebenda. Cum autem duobus modis aut vi
aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vul-
pecule, vis leonis videtur, utrumque ab ho-
mine alienissimum. Sed fraus odio digna ma-
iore est. Tocius autem iniusticie nulla capita-
lior quam eorum qui cum maxime fallunt,
id agunt, ut viri boni esse videantur. De
Iusticia satis dictum est. Deinceps ut erat
propositum de beneficentia, ac de liberalitate di-
catur. Qua quidem nichil est nature hominis
accomodatius. Sed habet multas cautio-
nes. Videndum est primo ne obsit benigni-
tas, et hiis ipsis, quibus benigne videbitur
fieri, et ceteris. Deinde ne maior sit benigni-
tas quam facultas. Tum ut pro dignitate
cuique tribuatur. Id enim est Iusticie funda-
mentum, ad quod hec referenda sunt omnia. Nam
et qui gratificantur cuipiam, quod obsit,
illi cui prodesse velle videantur, non benefici neque
liberales, sed perniciosi assentatores esse iu-
dicandi sunt, et qui aliis nocent, ut in alios li-
berales sint, in eadem sunt iniusticia, ut si in
suam rem aliena convertant. Sunt autem multi

quidam cupidi splendoris et glorie / qui eripiunt
aliis quod aliis largiantur / hique arbitra-
tur se beneficos in suos amicos fieri si locu-
pletent eos / quacumque ratione. Id autem tantum
abest officio / ut nichil magis officio possit
esse contrarium. Videndum est igitur / ut ea libera-
litate utamur / que prosit amicis. nemini
noceat Quare lucii Sille Gaii Cesaris
pecuniarumque translatio a iustis dominis ad alie-
nos non debet liberalis videri. Nichil enim
est liberale / quod non idem iustum. Alter
locus erat cautionis / ne benignitas maior
esset quam facultas. Quod si qui benigniores
esse volunt / quam res patitur / primum eo pec-
cant / quod sunt iniuriosi in proximos. Quas
enim copias hiis et suppeditari equius est /
/ et relinqui eas transferunt ad alienos. In-
est autem in tali liberalitate cupiditas plerumque
que rapiendi et auferendi per iniuriam /
ut ad largiendum suppetant copie. Videre
etiam licet plerosque / non tam natura li-
berales quam quadam gloria ductos et
ut benefici videantur / facere multa que
proficisci ab ostentacione magis quam a volun-
tate videantur. Talis autem simulacio vanitati
est coniunctior / quam aut liberalitati / aut hone-
stati. Tercium est propositum / ut in beneficencia
delectus esset dignitatis. In quo et mores eius
erunt spectandi / in quem beneficium confertur /
Et animus erga nos et communitas / et societas
vite / et ad nostras utilitates officia ante collata
Que ut concurrant omnia / optabile. Si minus
plures cause / maioresque ponderis plus habe-
bunt. Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus /
planeque sapientibus / sed cum hiis cum quibus bene
preclare agitur / Sed sunt simulacra virtutis
Etiam hoc intelligendum puto / Non minime
enim esse negligendum / in quo prefixa virtutis
apparet. Colendum autem esse ita quemque
maxime / ut quisque maxime virtutibus hiis lenioribus

est ornatus · modestia · temperantia / ac ipsa de qua
iam multa dicta sunt / iusticia. Nam fortis
animus / et magnus in homine non perfecto nec sa-
piente / est ferventior / plerumque est. Ille ad
virtutes virum bonum videntur potius attingere /
Atque hec in moribus considerantur. De beni-
volentia autem quam quisque habeat erga nos primum
id est in officio / ut ei plurimum tribuamus
a quo plurimum diligamur · Sed benivolentiam
non adolescentulorum more / ardore quodam amo-
ris / sed stabilitate potius et constantia iudicemus
Sin autem erunt merita / ut non ineunda sed re-
ferenda sit gratia maior / quedam cura adhiben-
da est / Nullum enim officium referenda gracia
magis necessarium est · Quod si ea que utenda
acceperis maiore mensura · si modo possis reddi
ut iubet hesiodus / quid nam beneficio pro-
vocati facere debemus / An imitari agros /
fertiles / qui multo plus efferunt quam accepe-
runt · Etenim si in eos quos speramus nobis profu-
turos non dubitabimus officia conferre quales
in eos esse debemus · qui iam profuerunt · Nam
cum duo genera liberalitatis sint / unum dandi bene-
ficium · alterum reddendi / demus / necne in
nostra potestate est / Non reddere viro bono sine in-
iuria non licet · Si modo id facere possit. Accep-
torum autem beneficiorum sunt delectus habendi /
nec dubium / quin maximo cuique plurimum de-
beatur · In quo tamen in primis quo quisque animo /
studio · benivolencia fecerit · ponderandum est / Mul-
ti enim faciunt multa temeritate quadam / sine
iudicio vel modo / in omnes vel repentino quasi
quodam vento / impetu animi incitati / que bene-
ficencia eque magna non sunt habenda / atque
ea / que iudicio considerate / constanterque delata
sunt / Sed in collocando beneficio referenda quam gratia /
Si cetera paria sint / hoc maxime officium est / ut
quisque maxime opis indigeat · Ita ei po-
tissimum opitulari / Quod contra fit a plerisque
A quo enim plurimum sperant / etsi ille his non

eget / iis ei potissimum inserviat. Optime autem
societas hominum coniunctioque servabitur, si ut quis-
que erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum
conferetur. Sed que nature principia sint communita-
tis et societatis humane repetendum esse videtur al-
tius. Est enim primum quod cernitur in universi generis
humani societate. Eius autem vinculum est
ratio et oratio / que docendo / discendo / communicando /
disceptando / iudicando conciliat inter se homines
iungitque naturali quadam societate. Neque ulla re
magis absumus a natura ferarum in quibus inesse
fortitudinem sepe dicimus / ut in equis / leoni-
bus / iusticiam / bonitatem / equitatem non dicimus /
sunt enim rationis et orationis expertes / at latis-
sime quidem patens hominibus inter ipsos / omnibus
inter omnes societas hec est. In qua omnium rerum
quas ad communem hominum usum natura genuit /
est servanda communitas / ut que descripta sunt
legibus / et iure civili / hec ita teneantur /
ut sit constitutum. E quibus ipsis cetera sic
observentur. ut in grecorum proverbio est
amicorum esse communia omnia. Omnia autem
communia hominum videntur ea / que sunt generis eius /
quod ab Ennio positum in una re transferri in
multas potest / Homo qui erranti comiter mon-
strat viam / quasi lumen de suo lumine accen-
dit / facit ut nihilominus ipsi luceat. cum illi
accenderit / una ex re satis precipitur / ut quic-
quid sine detrimento comodari possit / id
tribuatur cuique / vel ignoto. Ex quo sunt
illa communia non prohibere aquam proffluen-
tem pati ab igne ignem capere. Si quis ve-
lit fidele consilium deliberanti dare / que sunt
utilia hiis / qui accipiunt danti non molesta
Quare et his utendum est / et semper ali-
quid ad comunem utilitatem afferendum /
Sed quoniam copie singulorum parve sunt / eorum au-
tem qui hiis egeant infinita est multitudo / vul-
garis liberalitas referenda est ad illum
Ennii finem. Nichilominus ipsi lucet. ut facultas

sit qua in reliquos simus liberales. Gradus autem
plures sunt societatis hominum. Ut enim ab illa in-
finita discedatur, propior gradus est eiusdem
gentis, nationis, lingue, qua maxime homines
coniunguntur. Interius etiam est eiusdem civitatis.
Multa enim sunt civibus inter se communia: fo-
rum, fana, porticus, vie, leges, iudicia, suf-
fragia, consuetudines, preterea et familiari-
tates, multeque cum multis res, racionesque con-
tracte. Artior vero colligacio est societatis pro-
pinquorum. Ab illa enim immensa societate hu-
mani generis in exiguum angustumque concludi-
tur. Nam cum sit hoc natura commune anima-
lium, ut habeant libidinem procreandi, prima
societas in ipso coniugio est, proxima in liberis,
deinde una domus, communia omnia. Id autem est
principium urbis et quasi seminarium reipublice.
Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobri-
norum sobrinorumque, qui cum una domo iam
capi non possunt, in alias domos tamquam
in colonias exeunt. Sequuntur conubia et affi-
nitates, de quibus etiam plures propinqui, que
propagatio et soboles origo est rerum publicarum. Sangui-
nis autem coniunctio et benivolentia devinciunt ho-
mines caritate. Magnum est enim eadem habere
monumenta maiorum, eisdem uti sacris, sepul-
cra habere communia.

Sed omnium societatum nulla prestancior est, nul-
la firmior quam cum viri boni moribus similes
familiaritate sunt coniuncti. Illud enim honestum
quod sepe diximus, etiam si in alio cernimus, tamen
nos monet atque illi in quo id esse videtur
amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos ad se alli-
cit, facitque ut eos diligamus in quibus ipsa
inesse videatur, tamen iusticia et liberalitas id
maxime efficit. Nichil enim amabilius est nec
copulatius quam morum similitudo bonorum. In quibus
enim eadem studia sunt, eedem voluntates, in
his fit ut eque quisque altero delectetur ac se
ipso. Efficiturque id quod Pitagoras vult in amicicia

ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa
communitas est, que conficitur ex beneficiis ultro
et citro datis acceptis, que et mutua et grata
dum sunt inter quos ea sunt firma devinciunt.
Sed cum omnia ratione animoque lustraris, omnium so-
cietatum nulla est gravior, nulla carior quam ea
que cum republica est unicuique nostrum. Cari sunt
parentes, liberi, propinqui, familiares, sed omnes
omnium caritates patria una complexa, pro qua
quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei
sit profuturus. Quo est detestabilior istorum
immanitas, qui laceraverunt omni scelere patriam
et in ea funditus delenda occupati et sunt
et fuerunt. Sed si contentio quedam et com-
paratio fiat, quibus plurimum tribuendum
sit officium, principes sint patria et parentes,
quorum beneficiis maximis obligati sumus,
proximi liberi totaque domus etiam spectat in
nos solos neque aliud ullum potest habere
perfugium, deinceps bene convenientes propinqui,
quibus plerumque communis etiam fortuna
est. Quamobrem necessaria presidia vite deben-
tur his maxime quos ante dixi. Vita autem victus-
que communis, consilia, sermones, cohortationes, con-
solationes, interdum etiam obiurgationes in ami-
citiis vigent maxime. Estque ea iocundissima ami-
citia, quam similitudo morum coniugavit. Sed in
his omnibus officiis tribuendis videndum erit
quid cuique maxime necesse sit, et quid quisque
vel sine nobis aut possit consequi aut non
possit. Ita non idem erunt necessitudinum gradus
qui et temporum. Suntque officia que magis ali-
is debeantur, ut vicinum citius adiuveris in fru-
ctibus percipiendis quam ut fratrem aut familia-
rem. At si lis in iudicio sit, propinquum potius
et amicum quam vicinum defenderis. Hec igitur
et talia circumspicienda sunt in omni officio et con-
suetudo et exercitatio capienda, ut boni ratio-
cinatores officiorum esse possimus et addendo
deducendoque videre que reliqui summa fiat

Ex quo quantum cuique debeat intelligas. Sed ut
nec medici nec imperatores nec oratores, quam-
vis artis precepta perceperint, quicquam magna
laude dignum sine usu et exercitatione conse-
qui possunt, sic officii conservandi precepta tra-
duntur, illa quidem ut faciamus ipsi, sed rei
magnitudo usum quoque et exercitationem desiderat.
Atque ab hiis rebus que sunt in iure societatis
humane, quemadmodum ducatur honestum
ex quo aptum est officium, satis fere diximus.

Intelligendum est autem cum proposita
sint genera quattuor, ex quibus honestas
officiumque manaret, splendidissimum
videri quod animo magno elatoque humanasque
res despiciente factum sit. Itaque maxime in pro-
bris promptum est, si quid tale dici possit. Vos
enim iuvenes animum geritis muliebrem, illa vir-
go viri, et si quid eiusmodi salmati da spo-
lia sine sudore et sanguine. Contraque in lau-
dibus, que in magno animo et fortiter et excel-
lenter gesta sunt, nescio quo quasi plenio-
re ore laudabimus. Hinc rethorum campus
de Marathone, Salamine, Plateis, Termopi-
lis, Leuctris, stertocle, hinc Decii, hinc Cnei
et Publii Scipiones, hinc Marcus Marcel-
lus, innumerabiles alii, maximeque ipse populus Roma-
nus animi magnitudine excellit. Declaratur
autem studium bellice glorie quod statuas quoque vi-
demus ornatu fere militari. Sed ea animi
elatio que cernitur in periculis et laboribus, si
iusticia vacat pugnatque non pro salute communi,
sed pro suis commodis, in vicio est. Non modo
enim virtutis non est, sed est potius immanitatis
omnem humanitatem repellentis. Itaque probe
diffinitur a Stoicis fortitudo, cum eam vir-
tutem esse dicant propugnantem pro equitate.
Quocirca nemo qui fortitudinis gloriam conse-
cutus est insidiis et malicia laudem est adeptus.
Nichil enim esse honestum potest quod iusticia vacat.
Preclarum igitur illud Platonis: Non solum

scientia que est remota a iusticia calliditas potius
quam sapientia est appellanda / sic etiam animus pa-
ratus ad periculum / si sua cupiditate / non uti-
litate comuni impellitur / audacie potius no-
men habet quam fortitudinis / Itaque viros fortes
magnanimos / eosdem bonos et simplices ve-
ritatis amicos minime que fallaces esse volumus que
sunt ex media laude iusticie / sed illud odio-
sum est / quod in hac elacione et magnitudine a-
nimi facillime pertinacia / et nimia cupiditas
principatus innascitur / ut enim apud platonem
est / omnem morem lacedemoniorum inflammatum
esse cupiditate vincendi / sic ut quisque animi
magnitudine excellerit / ita maxime vult prin-
ceps omnium / vel potius solus esse / Difficile autem
est cum prestare omnibus concupieris servare
equitatem / que est iusticie / maxime propria /
Ex quo fit ut neque disceptacione vinci se nec
ullo publico iure ac legittimo paciantur /
Existunt que in republica plerumque largitores /
et factiosi / ut opes quam maximas consequantur /
et sint vi potius superiores quam iusticia
pares / Sed quod difficilius hoc preclarius /
Nullum enim est tempus quod iusticia vacare debeat /
Fortes igitur et magnanimi sunt habendi / non
qui faciunt / sed qui propulsant iniuriam / Ve-
ra autem et sapiens animi magnitudo honestum
illud quod maxime natura sequitur in factis positum
non in gloria iudicat / principem se esse mavult
quam videri / Etenim qui ex errore imperite multi-
tudinis pendet / hic in magnis viris non est
habendus / facillime autem ad res iniustas im-
pellitur / ut quisque altissimo animo et glorie
cupiditate / qui locus est sane lubricus quod
vix invenitur / qui laboribus susceptis peri-
culis que aditis non quasi mercedem rerum gesta-
rum / desideret gloriam / Omnino fortis animus
et magnus duabus rebus maxime cernitur
quarum una in rerum externarum despiciencia ponitur
cum persuasum sit / nichil hominem nisi quod honestum

Factiosi

Largitores

Fortes

Natura

Pendet

[Dec]orum esse / aut ad mirari aut optare aut
expetere oportere. Nulli que neque homini neque
perturbationi animi neque fortune succumbere /
Altera est res ut cum ita sis affectus animo ut
supra dixi / res geras magnas illas quidem
et maxime utiles / sed ut vehementer ar-
duas / plenasque laborum et periculorum / cum
vite / tum multarum rerum que ad
vitam pertinent / Harum rerum duarum splen-
dor omnis amplitudo que / addo autem utilitatem
in posteriore / Causa autem et racio efficiens
magnos viros in priore / In eo est enim illud quod
excellentes animos / et humana contempnentes facit /
Id autem ipsum cernitur in duobus / si et solum id quod
honestum sit / bonum iudices / et ab omni animi
perturbatione liber sis / Nam et ea que eximia
plerisque / et preclara videntur parva ducere / eaque
racione stabili firmaque contempnere / fortis ani-
mi magnique ducendum est / Et ea que videntur
acerba / que multa et varia in hominum vita fortu-
naque versantur / ita ferre / ut nichil a statu nature
discedas / nichil a dignitate sapientis / robusti animi
est / magneque constancie / Non est autem consen-
taneum qui metu non frangatur eum frangi
cupiditate / nec qui invictum se a labore prestiterit
vinci a voluptate. Quamobrem et hec vitanda
sunt et pecunie fugienda cupiditas. Nichil enim
est tam angusti animi tam parvi / quam amare
divitias / nichil honestius magnificenciusque / quam
pecuniam contempnere / si non habeas / si habeas ad benefi-
cenciam liberalitatemque conferre. Cavenda etiam est
glorie cupiditas ut supra dixi / Eripit enim
libertatem / pro qua magnanimis viris omnis
debet esse contencio. Nec vero imperia expeten-
da ac potius / aut non accipienda interdum
aut deponenda nonnumquam / Vacandum est autem omni
animi perturbacione / tum cupiditate et metu / tum
etiam egritudine et voluptate animi / et iracundia /
ut tranquillitas animi et securitas assit / que affert
tum constanciam / tum etiam dignitatem / Multi autem et sunt

Perturbacio

Utiles

Rerum

Fortuna

Varia

Deponenda

Tranquillitas

Vacandum

[illegible marginal glosses]

et fuerunt qui eam quam dico tranquillitatem expetentes a negotiis publicis se removerunt ad otium que perfugerunt. In his et nobilissimi philosophi longe que principes et quidam homines severi et graves nec populi nec principum mores ferre potuerunt vixerunt que nonnulli in agris delectati re sua familiari. His idem propositum fuit quod regibus ut ne qua re egerent ne cui parerent libertate uterentur cuius proprium est sic vivere ut velis. Quare cum hoc commune sit potentie cupidorum cum his quos dixi otiosis alteri se adipisci id posse arbitrantur si opes magnas habeant alteri si contenti sint et suo et parvo. In quo neutrorum omnino contemnenda sententia est sed et facilior et tucior et minus aliis gravis et molesta vita est otiosorum fructuosior autem hominum generi et ad claritudinem amplitudinemque aptior eorum qui se ad rempublicam et ad magnas res gerendas accomodaverunt. Quapropter et his forsitan concedendum sit rempublicam non capessentibus qui excellenti ingenio doctrine sese dediderunt et his qui aut valitudinis imbecillitate aut aliqua graviore causa impediti a republica recesserunt cum eius administrande potestatem aliis laudem que concedent. Quibus autem talis nulla sit causa si despicere se dicunt ea que plerique mirantur imperia et magistratus his non modo non laudi verum etiam vicio dandum puto. Quorum iudicium in eo quod gloriam contemnant et pro nihilo putent difficile factum est non probare sed videntur labores et molestias tum offensionum et repulsarum quasi quandam ignominiam timere et infamiam. Sunt enim qui rebus contrariis parum sibi constent voluptatem severissime contemnant in dolore sint molliores gloriam negligant frangantur infamia atque ea quidem non satis constanter. Sed ab his qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus et gerenda respublica est. Nec enim aliter aut regi civitas aut declarari

Nec enim aliter nisi laboribus et industria eorum qui [illegible] habeant adiumenta [illegible] possent [illegible] rem publicam capessere debet.

[illegible marginal glosses]

animi magnitudo potest. Capessentibus autem re-
publicam nichilominus quam philosophis haud scio an
magis etiam et magnificentia et despicientia adhiben-
da sit rerum humanarum, quam sepe dico, et tranquil-
litas animi atque securitas. Si quidem nec anxii futuri
sunt et cum gravitate constantiaque victuri. Que eo
faciliora sunt philosophis, quominus multa in eorum pa-
tent vita, que fortuna feriat, et quominus multis
rebus egent, et quia si quid adversi eveniat, tam
graviter cadere non possunt. Quocirca non sine causa ma-
iores motus animorum concitantur maioraque effi-
ciendi rempublicam gerentibus quam quietis, quo
magis his et magnitudo animi est adhibenda
et vacuitas ab angoribus. Ad rem autem gerendam
qui accedit caveat ne id modo consideret quam illa
res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi
facultatem. In quo ipso considerandum est, ne aut
temere desperet propter ignaviam aut nimis con-
fidat propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis
priusquam aggrediare adhibenda est preparatio dili-
gens. Sed cum plerique arbitrentur res bellicas
maiores esse quam urbanas, minuenda est hec
opinio. Multi enim sepe bella quesiverunt propter glorie
cupiditatem, atque id in magnis animis ingeniisque
plerumque contingit, eoque magis si sunt ad rem
militarem apti et cupidi bellorum gerendorum.
Vere autem si volumus iudicare, multe res extite-
runt urbane maiores clarioresque quam bellice. Qui-
bus enim Themistocles iure laudetur et sit eius no-
men quam Solonis illustrius citeturque Sala-
mis clarissime testis victorie, que anteponatur
consilio Solonis ei quo primum constituit Ariopa-
gitas, non minus preclarum est hoc quam illud iu-
dicandum. Illud enim semel profuit, hoc semper
proderit civitati; hoc consilio leges Athenien-
sium, hoc maiorum instituta servantur. Et The-
mistocles quidem nichil dixit in quo ipse Ario-
pagum adiuverit, at ille vero adiuvit Themisto-
clem. Est enim bellum gestum consilio senatus eius
qui a Solone erat constitutus. Licet eadem de Pausania

Lisandro quamquam dicitur, quorum rebus gestis quamquam
imperium Lacedemoniorum dilatatum putatur, tamen ne
minima quidem ex parte Ligurgi legibus et discipli-
nis conferendi sunt. Quinetiam ob has ipsas causas
et paratiores habuerunt exercitus, et fortiores. Michi
quidem neque pueris nobis M. Scaurus C. Ma-
rio, neque cum versaremur in re publica Q. Catullus
Gneo Pompeio cedere videbatur. Parva sunt enim fo-
ris arma, nisi est consilium domi. Nec plus Af-
fricanus singularis et vir et imperator in excinden-
da Numantia rei publicae profuit, quam eodem tempore
P. Nasica privatus, cum Tiberium Gracchum interem-
it. Quamquam haec quidem res non solum ex domesti-
ca est ratione, attingit etiam bellicam, quoniam vi
manuque confecta est, sed tamen id ipsum est gestum
consilio urbano sine exercitu. Illud autem optimum
est in quo invadi solere ab improbis et invidis
audio. Cedant arma toge, concedat laurea
lingue. Ut enim alios omittam, nobis rem publicam
gubernantibus nonne toge arma cesserunt.
Neque enim in re publica periculum fuit gravius unquam,
nec maius odium. Itaque consiliis et diligentia
nostra celeriter de manibus audacissimorum civi-
um delapsa arma ipsa ceciderunt. Que res
igitur gesta unquam in bello tanta, quis trium-
phus conferendus, et licet enim Marce fili a-
pud te gloriari, ad quem et hereditas huius glorie
et factorum imitatio pertinet. Michi quidem certe
vir habundans bellicis laudibus Gneus
Pompeius multis audientibus hoc attribuit,
ut diceret, se frustra triumphum tercium deportatu-
rum fuisse, nisi meo in rem publicam beneficio ubi trium-
pharet esset habiturus. Sunt igitur domestice
fortitudines non inferiores militaribus. In
quibus plus etiam quam in his opere studiique ex-
ponendum est. Omnino illud honestum, quod ex
animo excelso magnifico quaerimus, efficitur
non corporis viribus. Exercendum est autem cor-
pus, et ita afficiendum ut obedire consilio rationique
possit in exequendis negociis, et in labore tollerando

fru

Honestum autem id, quod exquirimus, totum est po-
situm in animi cura et cogitatione, in quo non minorem
utilitatem afferunt, qui togati rei publice presunt, quam
qui bellum gerunt. Itaque eorum consilio sepe aut non
suscepta aut bella sunt confecta, non numquam
etiam illata, ut Marci Catonis bellum
tertium punicum, in quo etiam mortui valuit auc-
toritas. Quare expetenda quidem magis est
decernendi racio quam decertandi fortitudo.
Sed cavendum est, ne id bellandi magis fuga
quam utilitatis racione faciamus. Bellum autem
ita suscipiatur, ut nichil aliud nisi pax quesi-
ta videatur. Fortis vero animi et constantis
est non perturbari in rebus asperis nec tumul-
tuantem de gradu deici, ut dicitur, sed presenti
animo uti et consilio nec a racione discedere.
Quamquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est
precipere cogitacione futura et aliquando ante
constituere, quid accidere possit in utramque partem,
et quid agendum sit, cum quid evenerit, nec commit-
tere, ut aliquando dicendum sit: Non putaram. Hec
sunt opera magni animi et excelsi et prudentie
consilioque fidentis. Temere autem in acie ver-
sari et manu cum hoste confligere, immane
quiddam et beluarum consimile est. Sed cum tempus
necessitasque postulat, decertandum manu est
et mors servituti turpitudinique anteponenda.
De evertendis autem diripiendisque urbibus val-
de considerandum est, ne quid temere fiat, ne
quid crudeliter. Id que est viri magni rebus
agitatis punire sontes, multitudinem conser-
vare, in omni fortuna recta atque honesta
retinere.

Ut enim sunt, quemadmodum supradixi, qui
urbanis rebus bellicas anteponant, sic reperias
multos, quibus periculosa et callida consilia
quietis et cogitacionibus splendidiora et ma-
iora videantur. Numquam omnino periculi fuga com-
mittendum est, ut imbelles timidique videa-
mur. Sed fugiendum est etiam illud, ne offeramus

nos periculis sine causa, quo esse nil potest stultius. Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter egrotantes leniter curant, gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. Quare in tranquillo tempestatem adversam optare dementis est, subvenire autem tempestati quavis ratione sapientis est. Eoque magis si plus adipiscare re explicata boni quam addubitata mali. Periculose autem rerum actiones partim hiis sunt qui eas suscipiunt, partim rei publice. Itemque alii de vita, alii de gloria et benivolentia civium in discrimine vocantur.

Promptiores igitur debemus esse ad nostra pericula quam ad communia dimicare, quam paratius de honore et gloria quam de ceteris commodis. Inventi autem sunt multi qui non modo pecuniam sed etiam vitam profundere pro patria parati essent, idem vero glorie iacturam ne minimam quidem facere vellent, nec etiam re publica quidem postulante, ut Calicratidas, qui cum Lacedemoniorum dux fuisset Peloponensiaco bello multaque fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum qui classem ab Arginusis removendam nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. Quibus ille respondit Lacedemonios classe illa amissa aliam parare posse, se fugere sine dedecore non posse. Atque hec quidem de Lacedemoniis plaga mediocris, illa pestifera, quod cum Cleobrotus invidiam timens temere cum Epaminunda conflixisset, Lacedemoniorum opes corruerunt. Quanto Q. Maximus melius, de quo Ennius: Unus homo nobis cunctando restituit rem. Non enim rumores ponebat ante salutem. Ergo postque magisque viri nunc gloria claret. Quod genus peccandi vitandum est et in rebus urbanis. Sunt enim qui quod sentiunt, et si optimum sit, tamen invidie metu non audent dicere. Omnino qui rei publice prefuturi sunt, duo Platonis precepta teneant, unum ut utilitatem civium sic tueantur ut quecumque agunt ad eam referant obliti suorum commodorum. Alterum

Ut totum corpus reip. curent ne dum partem aliquam
tuentur reliquas deserant. ut enim tutela sic pro-
curatio reip. ad eorum utilitatem qui commissi sunt
non ad eorum quibus commissa est gerenda est. Qui
autem parti civium consulunt partem neglegunt rem
perniciosissimam in civitatem inducunt seditionem
atque discordiam. Ex quo evenit ut alii populares
alii studiosi optimi cuiusque videantur pauci uni-
versorum. Hinc apud atheniensis magne
discordie in nostra rep. non solum seditiones
sed etiam pestifera bella civilia. Que gravis
et fortis civis in re p. dignus principatu fu-
giet atque oderit tradetque se totum reipublice
neque opes aut potentiam consectabitur tota-
que eam sic tuebitur ut omnibus consulat. Nec
vero criminibus falsis in odium aut invidiam quemquam
vocabit. Omnino que iusticie honestati que ad-
herescet. ut dum eam conservet quamvis graviter
offendat mortemque oppetat potius quam deserat
illa que dixi. Miserrima omnino est ambicio
honorumque contentio. de qua preclare apud
eundem platonem est. Similiter facere eos qui
inter se contenderent uter potius rempu-
administraret ut si naute certarent quis eorum
potissimum gubernaret. Idemque precipit ut eos
adversarios existimemus qui arma conferant
non eos qui suo iudicio tueri rempu. velint
qualis fuit inter P. Africanum et Q. metel-
lum sine acerbitate dissensio. Nec vero audiendi
qui graviter inimicis irascendum putabant. idque
magnanimi et fortis viri esse censebant. Nichil
enim laudabilius. nichil magno et preclaro viro
dignius placabilitate atque clementia. In liberis
vero populis et in iuris equabilitate exercenda etiam
est facilitas et altitudo animi que dicitur. Ne
si irascamur aut intempestive accedentibus aut
impudenter rogantibus in morositatem inuti-
lem et odiosam incidamus. Et tamen ita probanda
est mansuetudo atque clementia ut adhibeatur
reipu. causa severitas sine qua administrari

Alterum

ciuitas non pt. Omīs aūt et aiadūsio et castiga-
cio contumelia vacare debet. Neqz ad eius q
punit aliquem / aut vbis castigat. Sed ad
rei pu/ vtilitatē referri debet. Cauendū est
que /ne maior pena qm culpa sit. Et ne eisd/
de causis alij plectant/ alij appellentur qdem/
Phibenda maxime ē ira i puniendo/ nunqz est
iratus / qui accedet ad penā mediocritatem /
illā tenebit / que est int nimiū et parū. Que
placz pipateticis et recte placet / mō ne lau-
darēt iracundia et dicerēt vtilit a nā datā. Illa
vo omībz in rebz repudianda ē / optandūqz ut
hij qui psint rei pu/ legum siles sīt que ad
puniendū nō iracundiā. Sz eqte dur. Atqz eciā
in rebz prosperis et ad voluptate nrā fluenti-
bz / supbiā magnopere fastidiū arrogantiāqz
qz fugiamus / Nā ut ad usas res / sic scdas im
modate ferre leuitatis est / pclaraqz ē equa-
bilitas in omi vita / et ē idē semp voltus eā-
dem est frons / vt de Socrate ideqz de C. le-
lio accepimus / philippum quidē macedonū re-
gem rebz gestis et gloria supatū a filio fa-
cilitate et humanitate video supiorem fuisse /
Itaqz alt sepe magnus / alt sepe turpissimus /
vnde recte pcipe videnī qui monet vt qnto su-
piores sumus summissius / Panecius qdem
affricanū auditorē et familiarē suū / solitū
ait dicere / solitū / vt equos ppt crebras cōtencio-
nes pliorū ferocitate exultātes domitoribz trade
soleant / ut his facilioribz possint vti / sic hoies
in scdis rebz effrenatos sibiqz pfidentes tā-
qm in gyrum rōis et doctrine duci oporte vt
~~Pficit~~ pspicerent rez humanaz imbecillitatē
varietatē qz fortune. Atqz etiā in scdissi-
mis rebus est vtendū maxime / cōsilio ami-
coz / hijsqz maior etiā qm an tribuenda
est auctoritas. Isdem qz tempibz cauendū
est / ne assentatoribz patefaciamus aures / nec
adulari nos sinamus / in quo falli facile ē /
Tales enī nos eē putamus ut iure laudem/

Ex quo nascunt[ur] inn[umer]abilia pecca / tu[m] hono[r]es in-
flati opinionib[us] turpit[er] irrident[ur] / et in maximis
v[er]sant[ur] erroib[us] / Sed hec quide[m] hactenus / Il-
lud a[ute]m sic est iudicandu[m] / maximas geri res
et maximi a[n]i[m]i ab his q[ui] / res p[ublicas] regant q[uod] eo[rum]
administrat[i]o latissime pateat / ad plur[i]mosq[ue] p[er]ti-
neat / Esse a[ute]m magni a[n]i[m]i et fuisse quonda[m] mul-
tos / etia[m] in vita ociosa / Hi a[ute]m investigat-
ve[l] a[li]q[ui] conarent[ur] mag[na] q[ue]da[m] sese q[ue] sua[rum] re[rum]
finib[us] continent / Aut interiecti int[er] ph[ilosoph]os / et eos
q[ui] rem pu[blicam] administrarent delectarent[ur] re sua fa-
miliari / Non ea[m] quidem o[mn]i[bus] vane exaggera-
tes / Neq[ue] excludentes ab eius usu suos / po-
tiusq[ue] q[ue] et amicis imparcientes / et rei pu-
[blice] si q[uan]do usus esset / que p[ri]mu[m] b[e]n[e] parata sit /
nulloq[ue] turpi questu / neq[ue] odioso / tu[m] q[ue] plu-
rimis / mo[do] dig[ni]s / se utilem prebeat / de[in]de ut
augeat[ur] r[ati]one diligentia parsimonia / Nec li-
bidini potius / luxurie q[ue] q[uam] liberalitati et be-
neficentie pareat / hec p[re]scripta servantem licet
magnifice g[rav]it[er] animose q[ue] vivere / atq[ue] etia[m]
simpliciter / fideliter / vere ho[m]i[num] amice

Sequit[ur] ut de una reliqua p[ar]te ho[ne]-
statis dicendu[m] sit / In qua verecundia
et q[ua]si quidem ornatus vite et temp[er]an-
tia et modestia / omnisq[ue] sedatio p[er]turbatio-
num a[nim]i / et re[rum] modus cernit[ur] / hoc loco conti-
net[ur] / id q[uo]d dici latine decorum p[otes]t / Grece
enim prepon d[icitu]r decorum / huius vis ea est
ut ab honesto no[n] queat separari / Nam et q[uo]d
decet honestu[m] est / et q[uo]d honestu[m] est decet / Qua-
lis a[ute]m d[iffere]ncia sit honesti et decori / facilius
intelligi quam explicari p[otes]t / Quicquid e[st] enim
q[uo]d deceat / id tu[m] appareat / cu[m] antegressa e[st]
honestas / Itaq[ue] no[n] solu[m] in hac p[ar]te hone-
statis / de qua hoc loco disserendum est / sed etia[m]
etia[m] in tribus superiorib[us] / quid deceat appa-
ret / Nam et ratione uti / atq[ue] orone prude[n]-
ter / et agere / q[uo]d agas / consid[er]ate / omniq[ue] in re
quid sit veri vide[re] / et tueri decet / E contra

q falli / errare labi / decipi / tam decet quam delira-
re / et mete ee captum Et iusta omnia decora
sunt / iniusta contra ut turpia / sic indecora
Similis est ro fortitudinis / Quod enim viriliter
animo quam magno fit id dignum viro et deco-
rum ~~et ita ptinet~~ videtur Quod contra id ut tur-
pe / sic indecorum Quare ptinet quidem ad
omnem honestatem hoc quod dico decorum et
ita ptinet ut non recondita quadam ratione
cernatur / sed sit in promptu / Est enim quiddam id
quod intelligitur in omni virtute quod deceat quod co-
gitacione magis a virtute potest quam re separari /
Ut venustas et pulcritudo corporis / secerni non
potest a valitudine / sed hoc de quo loquimur de-
corum totum illud quidem est cum virtute con-
fusum / sed mente et cogitacione distinguitur
Est autem eius descripcio duplex nam et generale
quoddam decorum intelligimus / quod in omni ho-
nestate versatur / Et aliud huic subiectum / quod
ptinet ad singulas ptes honestatis / Atque
illud superius / sic fere diffiniri solet / decorum
id esse / quod consentaneum sit hominis excel-
lentie in eo in quo natura eius a reliquis
animantibus differat Que autem pars subie-
cta pars generi est / eam sic diffiniunt / ut id
decorum velint esse / quod ita nature consenta-
neum sit / ut in eo moderatio et temperancia appa-
reat / cum specie quadam liberali / Hec ita intel-
ligi possumus existimare / ex eo decoro / quod po-
ete secuntur de quo alio loco plura dici solet /
Sed tunc servare illud poetas / quod deceat dici-
mus cum id quod quaque persona dignum est et fit et dicitur /
Ut si Eacus aut Minos diceret oderint / dum
metuant / aut natis sepulcro ipse est parens /
videretur indecorum / quod eos fuisse accepimus
iustos At atreo dicente plausus excitantur
Est enim digna persona oracio / sed poete quid
quemque deceat ex persona iudicabunt No-
bis autem personam imposuit ipsa natura /
magna cum excellentia / prestancia quam animantium

reliquorum et Ennius poete in magna va-
rietate personarum etiam viciosis. quid conveni-
at et quid deceat videbunt. Nobis autem
cum a natura constancie, moderacionis, tempe-
rancie, verecundie partes date sunt. Cumque ea-
dem natura doceat non negligentia quem-
admodum nos adversus homines geramus. Effi-
citur ut et illud quod ad omnem honestatem
pertinet decorum quam late fusum sit appa-
reat et hoc quod spectat in uno quoque genere
virtutis. ut enim pulcritudo corporis apta com-
posicione membrorum movet oculos et delectat
hoc ipso quod inter se omnes partes cum quo-
dam lepore consenciunt. Sic hoc decorum
quod elucet in vita approbacionem eorum mo-
net. quibus cum vivitur ordine et consta-
cia et moderacione dictorum omnium atque facto-
rum. Adhibenda est igitur quedam reverentia
adversus homines et optimi cuiusque et re-
liquorum. Nam negligere quid de se quisque
senciat non solum arrogantis est sed etiam
omnino dissoluti. Est autem id quod differat
in omni racione habenda inter iusticiam et
verecundiam. Iusticie partes sunt non violare
homines verecundie non offendere. in quo maxime
vis perspicitur decori. His igitur expositis
quale sit id quod decere dicimus intelle-
ctum puto. Officium autem quod ab eo ducitur
hanc primum habet viam que deducit ad con-
venienciam conservacionemque nature. Quam si
sequamur ducem numquam aberrabimus se-
quamurque et id quod acutum et perspicax
natura est et id ad hominum consociacionem acco-
modatum. Et id quod vehemens atque for-
te. Sed maxima vis decori in hac est parte
de qua disputamus. Neque enim solum motus
corporis qui ad naturam apti sunt sed multo etiam
animi magis motus probandi sunt qui item
ad naturam accomodati sunt. Duplex enim vis
animorum atque nature. una pars in appetitu est

posita, que est horme grece que hominem huc
atque illuc rapit. Altera in ratione que docet
et explanat quid fugiendum faciendumque sit. Ita=
que fit ut ratio precipit, appetitus obtemperet. Omnis
autem actio vacare debet temeritate et negligen=
cia, nec vero agere debet aliquis cuius non possit
causam probabilem reddere. hec est enim fere descriptio
officii. Efficiendum autem est ut appetitus rationi obe=
diant, eamque neque preveniat, neque propter pigriciam
aut ignaviam deserat, sint que tranquilli atque o=
mni perturbatione careant. Ex quo eluceat omnis
constancia, omnisque moderacio, nam qui appetitus lon=
gius evagantur et tanquam exultantes sive cupi=
endo, sive fugiendo, non satis a racione reti=
nentur, hii sine dubio finem et modum transeunt,
relinquunt enim et abiciunt obedienciam, nec racioni
parent, cui subiecti sunt lege nature, a quibus
non solum animi perturbantur, sed etiam corpora.
Licet ora ipsa cernere iratorum aut eorum qui
libidine aliqua aut metu commoti sunt, aut vo=
luptate nimia gestiunt. Quorum omnium vultus,
voces, motus, statusque mutantur. Ex quibus
illud intelligitur, ut ad officii formam revota=
mur, appetitus omnes contrahendos sedandosque esse,
excitandamque esse animadversionem, et diligen=
tiam, ut ne quid temere fortuitu, inconsiderate,
negligenterque agamus. Neque enim ita a
natura generati sumus, ut ad ludum et iocum facti
esse videamur, sed ad severitatem potius
et quedam studia graviora atque maiora. Lu=
do autem et ioco uti quidem illis licet, sed sicut
somno et quietibus ceteris, tum cum gravibus
seriisque rebus satis fecimus. Ipsum que genus
iocandi non profusum, nec immodestum,
sed ingenuum et facetum esse debet. Ut enim pue=
ris non omnem ludendi licenciam damus,
sed eam que ab honestatis actionibus non sit
aliena. Sic in ipso ioco aliquod probi ingenii
eluceat. Duplex omnino est iocandi genus, u=
num ~~[illegible]~~ illiberale petulans flagiciosum, obscenum

alterum elegans urbanum ingeniosum facetum.
Quo genere non modo Plautus noster et Atticorum
antiqua comedia. Sed etiam philosophorum Socraticorum
libri referti sunt, multaque multorum facete dicta,
ut ea, que a sene Catone collecta sunt que
vocant apophthegmata. Facilis igitur est distin-
ctio ingenui et illiberalis ioci. Alter est si tempore fiat
ac remisso animo homine dignus. Alter ne libero
quidem si rerum turpitudini adhibeatur verborum
obscenitas. Ludendi etiam est quidam modus retinen-
dus, ut ne nimis omnia profundamus elatique
voluptate in aliquam turpitudinem delabamur.
Suppeditant autem et campus noster et studia
venandi honesta exempla ludendi.
Sed pertinet ad omnem officii questionem semper in
promptu habere quantum natura hominis pecudibus et
reliquis antecedat ac beluis. Ille nihil sen-
ciunt nisi voluptatem ad eamque feruntur
omni impetu, hominis autem mens discendo ali-
tur et cogitando semper aliquid aut inquirit
de novo aut agit, videndi quoque et audiendi de-
lectatione ducitur. Quin etiam si quis est pau-
lo ad voluptatem propensior caveat modo
ne sit ex pecudum genere. Sunt enim quidam
homines non re sed nomine. Sed si quis est
paulo erectior quamvis voluptate capiatur
occultat et dissimulat appetitum voluptatis
propter verecundiam. Ex quo intelligitur corporis
voluptatem non satis esse dignam hominis prestan-
cia tamquam contemni et reici oportere. Sin
sit quispiam qui aliquid tribuat voluptati diligen-
ter ei tenendum diximus esse modum eius fru-
ende. Itaque victus cultusque corporis ad valitu-
dinem referantur et ad vires, non ad voluptatem.
Atque etiam si considerare volumus que sit in natura
et excellentia et dignitas, intelligemus quam sit
turpe diffluere luxuria et delicate
ac molliter vivere quamque honestum
parce, continenter, severe, sobrie

Intelligendum etiam est duabus quasi nos a
natura indutos esse personis quarum una
communis est / ex eo quod omnes partici-
pes sumus rationis / prestantieque eius qua
antecellimus bestiis / a qua omne honestum deco-
rumque trahitur / et ex qua ratio inveniendi officii
exquiritur / altera autem que proprie singulis est tributa / Ut
enim in corporibus magne dissimilitudines sunt / ali-
os videmus ad cursum alios ad luctandum vi-
ribus prevalere / Itemque in formis / aliis dignitatem
inesse aliis venustatem / Sic et in animis existunt /
etiam maiores varietates / Erat in L. Crasso
et in L. Philippo multus lepos / maior etiam ma-
gisque de industria in C. Cesare et L. filio / At ii-
sdem temporibus in M. Scauro / et in M. Druso / adole-
scente singularis severitas in C. Lelio multa
hylaritas in eius familiari Scipione ambi-
tio maior vita tristior / De grecis autem dulcem
et facetum festivique sermonis atque in omni oratio-
ne simulatorem quam yroniam greci no-
minaverunt. Socratem accepimus contra Pyta-
goram / et Periclem summam auctoritatem consecu-
tos / et sine ulla hylaritate. Callidum Hanni-
balem ex ducibus penorum ex nostris ducibus Q.
Maximum accepimus facilem / celare / tacere /
simulare / insidiari / preripere hostium consi-
lia / In quo genere greci Themistoclem et
Phereum Iasonem / ceteris anteponunt / In primisque ver-
sutum / et callidum factum Solonis qui quo
tutior vita eius esset et plus aliquanto rei publice prodesset
furere se simulavit. Sunt his alii multum dis-
pares simplices et aperti qui nihil ex occul-
to agunt / nihil de insidiis agendum putant /
veritatis cultores fraudis inimici / Itemque alii
si quidvis perpetiantur cuivis deserviant / dum
quod velint consequantur / ut Sillam et M.
Crassum videbamus. Quo in genere versutis-
simum et patientissimum Lacedemonium Lisan-
drum accepimus / contraque Callicratidem / qui
prefectus classis proximus post Lisandrum fuit /

Est et in sermonibus aliud quemque accipimus
qui quamvis prepotens sit efficere ut unus de
multis esse videatur quod in Catullo et in patre et
in filio itemque in Quinto Mucio Mancia vi-
dimus. Audivi ex maioribus natu hoc idem fu-
isse in P. Scipione Nasica. Contraque pa-
trem eius illum qui Tiberii Gracchi conatus
perditos iudicavit nullam comitatem habuisse ser-
monis neque Xenocratem quidem severissi-
mum philosophorum ob eamque rem ipsam magnum
et clarum fuisse. Innumerabiles alie dissimilitu-
dines sunt nature morumque minime tamen vituperan-
dorum. Admodum autem tenenda sunt sua cuique
non viciosa sed tamen propria quo facilius decorum
illud quod querimus retineatur. Sic enim est fa-
ciendum ut contra universam naturam nil contendamus
ea tamen conservata propriam naturam sequamur ut
etiam si sint alia graviora atque meliora
tamen nos studia nostra nostre nature regula metiamur. Neque
enim nature attinet repugnare nec quicquam sequi
quod assequi nequeas. Ex quo magis emergit
quale sit decorum illud ideo quia nil decet
invita ut aiunt minerva id est adversan-
te et repugnante natura. Omnino si quid est
decorum nil est profecto magis quam equalitas
universe vite tum singularum actionum quam
conservare non possis si aliorum naturam imi-
tans omittas tuam. Ut enim sermone eo de-
bemus uti qui notus est nobis ne ut quidam verba
in ultates iure videatur sic in actiones
omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debe-
mus. Atque hec differentia naturarum tantam habet
vim ut non numquam mortem sibi ipse
consciscere alius ne alius in eadem causa. M. Cato
fuit alia ceteri qui se in Africa Cesari tradiderunt.
Atqui ceteris forsan vicio datum esset si se inter-
emissent propterea quod horum vita lenior et
mores fuerunt faciliores. Catoni cum incre-
dibilem tribuisset natura gravitatem eamque ipse perpe-
tua constancia roboravisset semperque in proposito

suscepto semel consilio permansisset / moriendum
potius quam tiranni vultus aspiciendum fuit /
Quam multa passus est ulixes / in illo errore diutur-
no cum et mulieribus si circe vel calipso mulie-
res appellande sunt inserviret / et in omni ser-
mone omnibus affabilem se vellet esse / Do-
mi vero et contumelias servorum et ancillarum
pertulit ut ad id aliquando quod cupiebat veniret. At
ayax quo animo traditur / milies oportere mor-
tem quam illa perpeti ab alio maluisset / Que
contemplantes expendere oportebit quid quisque
habeat sui . ea quoque moderari . nec velle experiri quam
se aliena deceant / Id enim maxime quemque decet quod
est cuiusque suum maxime . Suum igitur quisque noscat
ingenium / acremque se et viciorum et bonorum suorum
iudicem prebeat / ne scenici plusquam nos vi-
deantur habere prudentie / Illi enim non optimas
sed sibi accomodatissimas fabulas eligunt /
Qui enim voce freti sunt epigones / medumque /
Qui gestu / menalippa clitemestram semper
rutilius que ego memini anthiopiam / non
sepe esopus aiacem / Ergo histrio hoc vide-
bit in scena / quod non videbit sapiens vir
in vita . Ad quas igitur res aptissimi erimus /
In hiis potissimum elaborabimus / Sin aliquando
necessitas nos ad ea detruserit / que nostri inge-
nii non erunt / omnis adhibenda erit cura
meditacio / diligentia / ut ea si non decore /
at quam minime indecore facere possimus / Nec
tam est enitendum ut bona que nobis da-
ta non sunt sequamur / quam ut vicia fugiamus /
Ac duabus hiis personis quas supra dixi / Ter-
cia adiungitur quam casus aliquis vel tempus
imponit / Quarta etiam quam nobismet ipsi in-
iudicio nostro accomodabimus / Nam regna . im-
peria . nobilitates / honores divicie . opes . ea
que que sunt hiis contraria / in casu ita temporibus
gubernantur . Ipsi autem gerere quam personam a nostra
voluntate proficiscitur / Itaque se alii ad philosophiam /
alii ad ius civile / alii ad eloquentiam applicant

Ipsorum quod virtutis in alia alius mavult excelle-
Quorum vero patres aut maiores aliqua gloria praesti-
terunt / ii vero plerumque hii in hoc genere
laudis student excellere / ut Q. Mucius
Publius filius in iure civili / Pauli filius
Affricanus in re militari. Quidam autem ad
eas laudes quas a patribus acceperunt addunt
aliquam suam / ut hic idem Affricanus / elo-
quencia cumulavit bellicam gloriam. Quod idem
fecit Thimotheus Cononis filius. Qui cum
belli laude non inferior fuisset quam pater. Ad
eam laudem / doctrine et ingenii gloriam adie-
cit / Fit autem interdum / ut nonnulli omissa
imitatione maiorum suum quoddam institutum conse-
quantur / Maximeque in eo plerumque elabo-
rant hii qui magna sibi proponunt obscuris
orti maioribus. Hec igitur omnia cum quere-
rimus quid deceat / complecti animo et cogitatio-
ne debemus. In primis autem constituendum est
/ quos nos et quales esse velimus / et in quo
genere vite que deliberacio est omnium difficil-
lima / Ineunte enim adolescencia / cum est ma-
xima imbecillitas consilii / tum id sibi quisque
genus etatis degende constituit / quod ma-
xime adamavit. Itaque ante implicatur
aliquo certo genere / cursuque vivendi / quam po-
tuit / quod optimum esset iudicare. Nam quod Her-
culem Prodicum dicit. ut est apud Xenofon-
tem / cum primum pubesceret / quod tempus a natura
ad diligendum / quam quisque viam vivendi
sit ingressus datum est / exisse ad solitudinem
Atque ibi sedentem / diu secum / multumque dubi-
tasse / cum duas cerneret vias / unam voluptatis / alteram
virtutis. utram ingredi melius esset. Hoc Her-
culi Iovis sato edito potuit fortasse contingere
Nobis non idem qui imitamur quos cuique visum est ad
eorumque studia institutaque impellimur. Plerique
autem parentum preceptis imbuti / ad eorum consuetudinem
moremque deducimur. Alii multitudinis iudicio fe-
runtur / queque maiori parti pulcherrima videntur /

Ea maxime exoptant. Nonnulli tamen / sive fe-
licitate quadam / sive bonitate nature / sive parentum
disciplina / rectam vite secuti sunt viam. Illud
autem maxime rarum genus est eorum / qui aut excellen-
te ingenii magnitudine / aut preclara erudicione /
atque doctrina / aut utraque re / ornati spacium
deliberandi habuerunt / quem potissimum vite cursum
sequi vellet. In qua deliberacione / ad suam cuiusque
naturam consilium est omne revocandum. Nam
cum in omnibus / que aguntur / ex eo modo / quo quisque
natus est / ut supra dictum est / quid deceat / ex-
quirimus tum in tota vita constituenda / multo est
ei cura / maior adhibenda / ut constare in
vite perpetuitate possimus nobismetipsis
nec in ullo officio claudicare. Ad hanc
autem racionem quoniam maximam vim natura habet
fortuna / proximam utriusque omnino racio
habenda est in diligendo genere vite / sed nature
magis. Multo enim firmior est et constancior quam
fortuna / nonnumquam tamquam ipsa moralis cum
immortali natura pugnare videatur. Qui
igitur nature sue ad genus consilium vivendi
esse contulit / is constanciam teneat / id enim
maxime decet / nisi forte errasse intellexerit
in eligendo genere vite / quod si acciderit / potest
autem accidere facienda morum institutorum-
que mutacio est. Eam igitur mutacionem si tem-
pora adiuvabunt facilius / commodiusque fa-
ciemus / sin minus sensim erit pedetentimque
facienda / ut amicicias que minus delectent /
et minus probentur / magis decere censent sapien-
tes sensim diluere / quam repente precidere /
Commutato autem genere vite omni racione cura-
dum est / ut id bono consilio fecisse videamur /
Sed quoniam pauloante dictum est imitandos
esse maiores primum illud exceptum sit / ne vi-
cia sint imitanda / deinde si natura non feret
ut quidem imitari possint ut superioris fili-
us Affricani qui habet ex paulo natum adop-
tavit propter infirmitatem valitudinis / non tam potuit

patri similis esse q ille fuerat sui, Si igit
non poterit sive causas defensitare siue po=
pulu concoribus tene siue bella gere illa
tn prestare debebit, que erunt in ipius pta=
te scilicet instiā / fidem / libalitatem / modesti=
ā / tempantiam / quo mis abes id qd debet
requiratur Optima aut hereditas a pribus tra=
dit libis / omi q primonio pstancior gloria /
virtutis rerum q gestaru / cui dedecori ne=
fas esse et viciu iudicandu est. Et qm officia
n eadem disparibus etatibus tribuuntur
Alia sut iuvenu / alia q senioz / aliquid
et de hac distinccone dicendu est. Est igit
adolescentis maiores natu vereri / ex his
qui elige optimos et pbatissimos / quoz co=
silio atq auctoritate vitat / Ineuntis em eta=
tis inscitia senu constituenda et regenda / pru=
dentia e / Maxime aut hec etas a libidinibus
arcenda est / excenda q in labore paciencia
q et animi et corporis ut eoz i bellicis et ci=
vilibus officiis vigeat industria / Atq et
cu relaxare amos et dare se iocunditati vo=
lent / caveat intpantiam / meminerit / ve=
cundie qd erit facilius si in eius modi quidez
rebus maiores natu interesse velint / Senibus
aut labores corporis minuende excitaciones
ai etiaz agende videntur / danda vo opa ut
amicos / et iuventutez et maxime rempu / co=
silio et prudentia adiuvent / Nichil aut
magis cavendu est senectuti ne langori se
desidie q dedat / luxuria vo cu oi etati tur=
pis / tn senectuti fedissima est. / Sin aut
etiaz libidinu intpancia accessit duplex
malu est / qd et ipsa senectus concipit dede=
cus et facit adolescenciu inprudentiaz in=
tpantiam / Ac ne quidem illud alienu e de
magistratuu de pivatoru, de civiu / de peregrinoz
officiis dicere, Est go pprium munus magistratus
intellige se gere psonaz civitatis debe q eius
dignitatez et decus sustine / servare leges iura

describere et ea fidei sue commissa meminisse.
Privatum autem oportet equo et pari cum civibus iure
vivere neque summissum et abiectum neque se effe-
rentem, tum in re publica ea velle que tranquilla
et honesta sint. Talem enim et sentire et bonum
civem dicere solemus. Peregrini autem atque incole
officium est nichil de aliquo inquirere minimeque
esse in aliena re publica curiosum. Ita fere officia
reperientur cum quereretur quid deceat et quid
aptum sit personis temporibus etatibus. Nichil est
autem quod tam deceat quam in omni re gerenda
consilioque capiendo servare constantiam. Sed
quoniam decorum illud in omnibus factis et dictis in corporis
denique motu et statu cernitur, idque positum
est in tribus rebus, formositate, ordine, or-
natu, ad actionem apto, difficilibus ad eloquendum.
Sed satis erit intelligi. In his autem tribus
continetur cura etiam illa ut probemur ab hiis cum
quibus apud quosque vivamus. His quoque de rebus
pauca dicantur.

Principio corporis nostri magnam natura ipsa
videtur habuisse rationem, que formam nostram reli-
quamque figuram, in qua esset species
honesta, eam posuit in promptu, que autem partes
corporis et nature necessitate date aspectum essent
deformem habiture atque turpem, eas contexit
atque abdidit. Hanc nature tam diligentem fabricam
imitata est hominum verecundia. Que enim natura occul-
tat, eadem omnes qui sana mente sunt removent
ab oculis ipsique necessitati dant operam ut quam oc-
cultissime pareant. Quarumque partium corporis
usus sunt necessarii, eas neque partes neque earum
usus suis nominibus appellant. Quodque facere non est
turpe, modo occulte, id dicere obscenum est. Itaque
nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat
nec orationis obscenitas. Nec vero audiendi sunt
cinici, aut si qui fuerunt stoici pene cinici,
qui reprehendunt et irrident quod ea que turpia
sunt verbis flagitiosa non dicamus, illa vero que
turpia sunt nominibus appellemus suis. Latrocinari

fraudare / adulterari / turpe est / sed dictu non ob-
scene / liberis dare operam / re honestum est / nomine
obscenum / plura quoque in ea sententia ab eisdem contra
verecundiam disputantur / Nos autem naturam seq-
amur / et ab omni quod abhorret ab oculorum aurium
approbatione fugiamus / Status / incessus / sessio /
accubacio / vultus / oculi / manuum motus teneat
illud decorum / Quibus in rebus duo sunt ma-
xime fugienda / ne quid effeminatum / aut molle /
aut ne quid durum aut rusticum sit / Nec vero histr-
ionibus et oratoribus concedendum est / ut his
hec apta que sint in nobis dissoluta / Scenico-
rum quidem mos / tantam habet ex veteri disci-
plina verecundiam / ut in scena sine subligaculo
prodeat nemo / verentur enim ne si quo casu e-
venerit / ut corporis partes quedam appareant / ut aspi-
ciantur non decore / Nostro quidem more cum paren-
tibus puberes filii / cum soceris generi non lavantur /
Retinenda igitur est huius generis verecundia / pre-
sertim natura ipsa magistra et duce / Cum autem pulchritudinis
duo genera sint / quorum in altero est venustas / in
altero dignitas / venustatem muliebrem ducere
debemus / dignitatem virilem / Ergo et a forma remo-
veatur viro omnis non dignus ornatus / Et huic
simile vicium in gestu / motuque caveatur / Nam
et palestrici motus sepe sunt odiosiores et
histrionum nonnulli motus ineptiis non vacant /
Et in utroque genere / que sunt recta et simplicia
laudantur / Forme autem dignitas coloris tuenda
est / color exercitatione corporis / Adhibenda est
preterea mundicia / non odiosa neque exquisita
nimis / tantum que effugiat agrestem et inhuma-
nam negligentiam / Eadem ratio est habenda
vestitus / In quo sicut in plerisque rebus me-
diocritas optima est / Cavendum est autem ne aut
tarditatibus utamur in ingressu mollioribus / ut
similes pomparum ferculis esse videamur /
aut ne in festinationibus suscipiamus nimi-
as celeritates / que cum fiunt anhelitus mo-
ventur vultus mutantur ora torquentur / ex quibus

magna perspicacitas sit non adesse constantiam sed multo
etiam magis elaborandum est ne ei motus a
natura recedant. Quod assequemur si cavebimus
ne in perturbationes neque exanimationes incidamus et si
attentos animos ad decoris conservationem tene-
bimus.

Motus autem animorum duplices sunt alteri cogitationis
alteri appetitus. Cogitatio in vero exquirendo ma-
xime versatur appetitus impellit ad agendum.
Curandum est igitur ut cogitatione ad res quam opti-
mas utamur appetitum rationi obedientem prebeamus.
Et quoniam magna vis orationis est eaque duplex al-
tera contentionis altera sermonis. Contentio discep-
tationibus tribuatur iudiciorum contionum senatus
sermo in circulis disputationibus congressionibus
familiarium versetur sequatur etiam convivia. Con-
tentionis precepta rethorum sunt nulla sermo-
nis quamquam haud scio an possint hec quoque esse.
Sed discentium studiis inveniuntur magistri huic
autem qui studeant sunt nulli rethorum turba
referta est omnia quamquam que verborum sententiarumque pre-
cepta sunt eadem ad sermonem pertinebunt. Sed
cum orationis indicem vocem habeamus in voce autem
duo sequamur ut clara sit ut suavis utrumque
omnino a natura petendum verum alterum exercitatio au-
gebit alterum imitatio presse loquentium et leni-
ter. Nichil aliud fuit in Catulis ut eos ex-
quisito iudicio putares uti litterarum quamquam erant
litterati sed et alii hii autem optime uti lingua
latina putabantur sonus erat dulcis littere
neque expresse neque oppresse ne aut obscurum es-
set aut nimis putridum sine contentione
vox neque languens sed canora. Uberior oratio
Crassi nec minus faceta sed bene loquendi de Ca-
tulis opinio non minor. Sale vero et facetiis Ce-
sar Catuli patris frater vicit omnes ut in ipso
illo forensi genere dicendi contentiones aliorum
sermone vinceret. In omnibus igitur his elaboran-
dum est si in omni re quid deceat exquirimus.
Sit ergo hic sermo in quo Socratici maxime

excellunt / lenis minime que pertinax et insit in eo
lepos. Nec vero tamquam in possessionem suam venerit
excludat alios. Sed cum in reliquis in rebus / tum in ser-
mone communi vicissitudinem non iniquam putet / ac vi-
deat in primis quibus de rebus loquatur / si de seriis
severitatem adhibeat / si iocosis leporem. In primisque
provideat ne sermo vicium aliquod indicet inesse in mo-
ribus / quod maxime tum solet evenire / cum studi-
ose de absentibus detrahendi causa aut per ridicu-
lum / aut severe aut maledice / contumeliose-
que dicitur / Habentur autem plerumque sermones aut de
domesticis negociis / aut de re publica / aut de ar-
cium studiis / et doctrina / Danda igitur opera est / ut
si etiam ad alia ceperit ad hec revocetur oratio /
Sed ut cumque aderunt res. Neque enim iisdem
de rebus / nec in omni tempore nec similiter delectamur.
Animadvertendum est etiam quatenus sermo dele-
ctacionem habeat / et ut incipiendi ratio fuit / ita
sit desinendi modus / Sed quo modo in omni vita
rectissime precipitur ut perturbaciones fugiamus
id est motus animi nimios / racioni non obtemperan-
tes / Sic eiusmodi motibus sermo debet va-
care ne aut ira existat / aut cupiditas ali-
qua / aut pigricia / aut ignavia / aut tale
aliquid appareat. Maxime que curandum ut
eos cum quibus sermonem conferimus et ve-
reri et diligere videamur. Obiurgaciones etiam
non numquam incidunt necessarie / in quibus utendum est
fortasse et vocis contencione maiore et verbo-
rum gravitate acriore / id agendum etiam est ut ne
ea facere videamur irati / Sed ut ad urendum et
secandum sic ad hoc genus castigandi / raro in-
viti que veniemus / nec umquam nisi necessario / si nul-
la reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul
absit / cum qua nichil recte fieri / nichil considerate
potest. Magna autem parte clementi castigatione licet uti /
gravitate tamen adiuncta / severitas adhibeatur
et contumelia repellatur / atque etiam illud ipsum
quod acerbitatis habet obiurgacio / significandum
est ipsius causa qui obiurgetur susceptum esse / Respectum est

ac est in illis contentionibus que cum inimicissimis fiunt etiam si nobis indigna audiamus / tamen gravitatem retinere / iracundiam repellere. Que enim cum aliqua perturbatione fiunt / nec constanter fieri possunt nec hiis qui adsunt approbari / Deforme etiam est de se ipso predicare falsa presertim / et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum /

Et quoniam omnia persequimur volumus quidem certe dicere: dicendum est etiam qualem hominis honorati et principis domum placeat esse / cuius finis est usus ad quem accomodanda est edificandi descriptio. Et tamen adhibenda dignitatis et commoditatis diligentia. Cn. Octavio qui primus ex illa familia consul factus est honori fuisse accepimus quod preclaram edificasset in palatio et plenam dignitatis domum / que cum vulgo visseretur suffragata domino novo homini ad consulatum putabatur / Hanc Scaurus demollitus accessionem adiunxit edibus / Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit / hic summi et clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum retulit / sed ignominiam et calamitatem. Ornanda est enim dignitas domo / non ex tota domo querenda nec domo dominus / sed domino domus honestanda est. Et ut in ceteris habenda ratio non sua solum sed etiam aliorum / sic in domo clari hominis in qua et hospites multi recipiendi / et admittenda hominum cuiusque modi multitudo / adhibenda cura est laxitatis / Aliter ampla est domus dedecori domino sepe fit si est in ea solitudo / et maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim cum a pretereuntibus dicitur / O domus antiqua / heu quam dispari domino dominaris / quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Cavendum est etiam presertim si ipse edifices / nec extra modum sumptu et magnificentia prodeas. Quo in genere multum mali etiam in exemplo est / Studiose enim plerique presertim in hac parte facta principum imitantur / ut Lucii Luculli summi viri / virtutem quis? quam multi villarum magnificentiam imitati sunt / Quarum quidem certe est adhibendus modus

ad mediocritatem sit revocandus. Eademque me-
diocritas ad omnem usum cultumque vite transfe-
renda est. Sed hec hactenus.

In omni autem actione suscipienda tria sunt
tenenda. Primum ut appetitus rationi obtemperet,
quo nichil est ad officia conservanda accommo-
datius. Deinde ut animadvertatur quanta illa res
sit quam efficere velimus, ne neve maior neve
minor cura et opera suscipiatur quam causa postulet.
Tercium est ut caveamus ut ea que pertinent ad libera-
lem speciem et dignitatem moderata sint. Modus
autem est optimus decus ipsum tenere de quo ante
diximus, nec progredi longius. Horum tamen trium
prestantissimum est appetitum obtemperare racioni.

Deinceps de ordine rerum et de opportu-
nitate temporum dicendum est. Hec autem scientia
continetur ea quam greci eutaxian no-
minant, non hanc quam interpretamur modestiam,
quo in verbo modus inest, sed illa est euta-
xia in qua intelligitur ordinis conservatio. Itaque
ut eandem nos et modestiam appellemus, sic
diffinitur a Stoicis, ut modestia sit scientia
earum rerum que agentur aut dicentur loco suo
collocandarum. Itaque videtur eadem vis ordinis
et collocationis fore. Nam et ordinem sic dif-
finiunt compositionem rerum aptis et accomodatis
locis. Locum autem actionis opportunitatem temporis
esse dicunt. Tempus autem actionis opportunum
grece euchairia, latine appellatur occasio.
Sic fit ut modestia hec quam interpretamur ita
ut dixi, scientia sit opportunitatis ydoneorum
ad agendum temporum. Sed potest eadem esse pru-
dentie diffinicio, de qua principio diximus.
Hoc autem loco de moderacione et temperancia et
aliis similibus virtutibus querimus. Itaque que erant
prudentie propria suo loco dicta sunt. Que autem
harum virtutum de quibus iam diu loqui-
mur, que pertinent ad verecundiam et ad eo-
rum probacionem quibus cum vivimus,
nunc dicenda sunt.

Talis igitur est ordo actionum adhibendus
ut quemadmodum in oratione constanti
sic in vita sunt omnia inter se apta et
convenientia. Turpe enim est valde quod vitiosum
in re severa convivio dignum aut delicatum
aliquem inferre sermonem. Bene Pericles cum habe-
ret collegam in pretura Sophoclem hique quod de
communi officio convenissent et casu formosus
puer transiret, dixit quod Sophocles: O pue-
rum pulchrum Pericle. At enim pretorem Sopho-
cle decet non solum manus sed etiam oculos ab-
stinentes habere. Atque hoc idem Sophocles
si in athletarum approbatione dixisset iusta re-
prehensione caruisset. Tanta vis et loci et tem-
poris. Ut si quis cum causam sit acturus
in itinere aut in ambulatione secum ipse
meditetur attentius cogitet non reprehendatur.
At hoc idem si in convivio faciat inhumanus
videtur inscitia temporis. Sed ea que multum ab
humanitate discrepant ut si quis in foro can-
tet aut si qua est alia magna perversitas fa-
cile apparet nec magnopere admonitionem
et precepta desiderant. Que autem parva videntur
esse delicta neque a multis intelligi possunt ab
hiis diligentius est declinandum. Ut in fidibus
aut in tibiis quamvis paulum discrepent tamen
id a sciente animadverti solet sic videndum est
in vita ne forte quid discrepet vel multo etiam
magis quo maior et melior actionum quam sonorum
concentus est. Itaque ut in fidibus musicorum
aures vel minima sentiunt sic nos si acres
ac diligentes esse volumus animadversoresque
vitiorum magna intelligemus sepe ex parvis. Ex
oculorum obtutu superciliorum aut remissione
aut contractione ex mesticia hilaritate ex
risu ex locutione ex reticentione ex contentio-
ne vocis ex summissione ex ceteris
similibus facile iudicabimus quid eorum apte fiat
quid ab officio natura discrepet. Quo in genere non
est incommodum quale quidque eorum sit ex aliis

indicando/ ut magis malis chamoi/ ut si quid
deceat in illos videmus et ipsi/ fit enim nescio
quo/ ut magis in alijs cernamus/ quam in nobis-
metipsis/ si quid delinquitur/ itaque facillime
corriguntur in discendo vicia/ quorum imitantur
emendandi causa magistri/ Nec vero alienum est/
ad ea eligenda/ que dubitacionem afferunt adhi-
bere doctos homines/ vel eciam usu peritos/ ut quid
his de uno quoque genere officij placeat/ maior enim
pars/ eo fere deferri solet/ quo a natura ipsa de-
ducitur/ In quibus videndum est non modo quid quis-
que loquatur/ sed eciam quid quisque sentiat at-
que eciam qua causa quisque senciat/ ut enim
pictores et hij/ qui signa fabricantur/ et mehercle
eciam poete/ suum quisque opus a vulgo considera-
ri vult/ ut si quid reprehensum sit a pluribus
id corrigatur/ hij que et secum/ et cum alijs quid
in eo peccatum sit exquirunt/ sic aliorum iudicio
permulta nobis facienda/ et non facienda/ et
mutanda/ et corrigenda sunt. De hijs vero more
aguntur. et institutis civilibus/ de hijs
nichil est precipiendum/ Illa enim ipsa precep-
ta sunt/ Nec quemquam hoc errore duci oportet/
ut si quid socrates aut aristipus contra morem
consuetudinemque civilem fecerit/ locutusve sit/
idem sibi arbitretur licere/ magnis illi et
divinis bonis/ hanc licenciam assequebantur
Cinicorum vero racio/ tota est eicienda/ est enim
inimica verecundie/ sine qua nichil rectum esse potest
nichil honestum/ Eos autem quorum vita perspecta
in rebus honestis atque magnis est/ bene de re-
publica sencientes ac bene meritos aut merentes/
aliquo honore aut imperio affectos/ observare
et colere debemus/ Tribuere eciam multum sene-
ctuti/ cedere hijs qui magistratum habebunt/ habere
delectum civis et peregrini/ in ipso que peregrino
privatimne an publice venerit/ Ad summa ne
agam de singulis/ communem totius generis ho-
minum conciliacionem et consociacionem/ colere/ tueri/
servare debemus/ Iam de artificijs/ et

[Q]uestibus qui liberales habendi qui sordidi sint hec
fere accepimus. Primum improbantur hii questus qui in
odia hominum incurrunt, ut portitorum et fenera-
torum. Illiberales autem et sordidi questus mer-
cenariorum omnium quorum opera non quorum artes emun-
tur. Est enim in illis ipsa merces autoramentum
servitutis. Sordidi enim putantur qui mercantur
a mercatoribus quod statim vendant. Nichil enim pro-
ficiunt nisi admodum mentiantur. Nec vero est quicquam
turpius vanitate. Opificesque omnes in sordida
arte versantur. Nec vero quicquam ingenuum potest
habere officina. Minime que artes probande que
ministre sunt voluptati. Cetarii lanii coci far-
tores piscatores, ut ait Terencius. Adde huc
si placet unguentarios saltatores totum
que ludum talarium. Quibus autem artibus aut
prudencia maior inest aut non mediocris uti-
litas queritur, ut medicina et architectu-
ra, ut doctrina rerum honestarum, hee sunt hiis
quorum ordini conveniunt honeste. Mercatura autem
si tenuis est sordida putanda est. Sin ma-
gna et copiosa multa undique apportans
multis que sine vanitate impertiens non est ad
modum vituperanda. Atque etiam si saciata que-
stu vel contenta pocius ut sepe ex alto por-
tum, ex ipso portu se in agros possessionesque
contulit, videtur iure optimo posse laudari.
Omnium autem rerum ex quibus aliquid exquiritur
nichil est agricultura melius, nichil uberius, ni-
chil dulcius, nichil homine libero dignius.
De qua quoniam in Catone maiore satis multa
diximus, illinc assumes que ad hunc lo-
cum pertinebunt.

Sed ab hiis partibus que sunt honestatis
quemadmodum officia ducerentur satis expo-
situm videtur. Eorum autem ipsorum que
honesta sunt potest incidere sepe contencio et
comparatio, de duobus honestis utrum honestius.
Qui locus a Panetio est pretermissus. Nam
cum omnis honestas manet in partibus quattuor.

Quarum una sit cognicionis altera communitatis Tercia
magnanimitatis Quarta moderacionis/ hec
in diligendo officio sepe inter se comparentur necesse
est/ placet igitur apciora esse nature ea
officia que ex communitate quam ea que ex cognicione
ducantur/ Id quod hoc argumento conservari potest
Quod si contigit ea vita sapienti ut omnium rerum
affluentibus copiis dicitur quibus omnia que co-
gnicione digna sunt summo otio secum ipse con-
sideret et contempletur/ tamen si sollicitudo tan-
ta sit ut hominem videre non possit excedat
e vita/ Princepsque est omnium virtutum ipsa sa-
piencia quam sophiam greci vocant/ Pruden-
ciam vero expetendarum fugiendarumque scienciam
Illa autem sapiencia quam principem dixi rerum est
divinarum et humanarum sciencia/ in qua continetur
deorum et hominum communitas/ et societas inter ip-
sos Ea si maxime est/ ut est necesse est quod
a communitate ducatur officium id esse maximum
Est recognicio contemplacio quod sic manca quo-
dammodo et inquam incoacta sit si actio nulla rerum
consequatur Ea vero actio in hominum commodis
tuendis maxime cernitur: Pertinet igitur ad
societatem generis humani Ergo hec/ cognicioni
anteponenda est/ Atque id optimus quisque re
ipsa ostendit et iudicat/ Quis enim est tam
cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum
natura/ Ut si ei tractanti contemplantique
res cognicione dignissimas subito sit allatum
periculum discrimenque patrie cui subvenire op-
tulari que possit/ non illa omnia relinquat
atque abiciat Etsi dinumerare se stellas aut
metiri mundi magnitudinem posse arbitraretur
Atque hoc in parentes vel amici re aut periculo fe-
cerit Quibus rebus intelligitur studiis offi-
ciisque sciencie preponenda esse officia iusti-
cie/ que pertinet ad hominum utilitatem/ qua ni-
chil homini debet/ Atque illi quorum studia vi-
taque omnis in rerum cognicione versata est tamen
ab augendis hominum utilitatibus/ et comodis

non recesserunt / nam et erudierunt multos /
quo meliores cives valioresque rebus et su-
is et publicis essent / ut thebanum epami-
nundam lisias pitagoreus Syracusium /
Dionem plato / multi quoque multos / Nosque ipsi quod
ad rempublicam attulimus a doctoribus atque doctrina
instructi ad eam et ornati accessimus / Neque
solum vivi atque presentes studiosos discendi
erudiunt atque docent / sed hoc idem etiam post mortem
monumentis litterarum assequuntur / Nec enim ullus
locus est pretermissus ab hiis qui ad leges qui
ad mores qui ad disciplinam rei publice pertinet / Ita
ut ocium suum ad nostrum negocium contulisse videantur
Ita illi ipsi doctrine studiis et sapientie dediti
ad hominum utilitatem suam sapientiam prudenciam
intelligenciamque potissimum conferunt / Ob eam-
que etiam eloqui copiose modo prudenter melius
est quam vel acutissime sine eloquencia cogitare /
quia cogitacio in se ipsa vertitur / Eloquencia comple-
ctitur eos quibus in comitate iuncti sumus / Atque
ut apium examina non fingendorum favorum
causa congregantur / sed cum congregabilia sint natura /
fingunt favos / sic homines ac multo etiam natura
congregati adhibent agendi cogitandique so-
lerciam / Itaque nisi ea virtus que constat ex ho-
minibus tuendis id est ex societate generis humani at-
tingat cognicionem rerum solivaga id est vana co-
gnicio et ieiuna videatur / Itemque magnitudo
animi remota comitate coniunccione quoque huma-
na / feritas sit quedam et immanitas / Ita fit
ut vincat cognicionis studium / Consociacio
hominum atque comitatis / Nec verum est quod dicitur a quibus-
dam / propter necessitatem vite / quia ea que natura
desideraret consequi sine aliis atque efficere
non possemus / idcirco istam esse cum hominibus
comitatem atque societatem / Quod si omnia nobis que
ad victum cultumque pertinent / quasi regula divina
ut aiunt suppeditaretur / tum optimo quisque ingenio
negociis omnibus omissis / totum se in cognicione et
sciencia collocarent / Non ita est / Nam et solitudinem

fugeret, et socium studij quereret, tum doceret, tum discere
vellet, tum audire, tum dicere. Ergo omne officium
quod ad coniunctionem hominum et societatem tuendam
valet, anteponendum illi officio quod cognitione et scientia
continetur. Illud forsitan querendum sit, num hec
communitas que maxime est apta nature, sit etiam moderationi
tum modestie quam semper anteponenda. Non placet.
Sunt enim partim quedam ita feda, partim ita fla-
gitiosa, ut ea nec conservande quidem patrie causa
sapiens facturus sit. Ea possidonius collegit per-
multa, sed ita tetra quedam, ita ut dictu quoque turpia vi-
deantur. Hec igitur non suscipiat rei publice causa,
nec res publica quidem pro se suscipi volet. Sed et hoc
commodius se res habet, quod non potest accidere tempus ut inter-
sit rei publice quicquam illorum facere sapientem. Quare hoc
quidem effectum sit, in officiis diligendis genus officiorum
excellere, quod teneatur hominum societate. Et enim cogni-
tionem prudentiamque sequitur considerata actio, ita fit ut
agere considerate pluris sit quam cogitare quod pru-
denter. Atque hec quidem hactenus. Patefactus enim
locus est ipse, ut non difficile sit in exquirendo
officio quid cuique sit preponendum videre. In ipsa
autem communitate sunt gradus officiorum, ex quibus
quid cuique prestet intelligi possit, ut prima dijs
immortalibus, secunda patrie, tercia parentibus.
Breviter disputatis intelligi potest, non so-
lum id homines solere dubitare, Hone-
stum ne an turpe sit, sed etiam duobus
propositis honestis, utrum honestius. Hic
locus est a panetio ut supra dixi pretermissus.
Sed ad alia transeamus.

Quemadmodum officia ducerentur
ab honestate Marce fili atque
ab omni genere virtutis, satis ex-
plicatum arbitror in libro
superiore. Sequitur ut hec offi-
ciorum genera persequar, que per-
tinent ad vite cultum, et ad earum rerum
quibus utuntur homines facultatem, ad opes

ad copias / In quo tu queri dixi quid utile quid
inutile / de quibus dicere aggrediar / si pauca prius
de instituto aut de iudicio meo dixero / Quamquam
enim libri nostri complures non modo ad legendi / sed
etiam ad scribendi studium excitaverunt tamen interdum ve-
reor / ne quibusdam viris bonis / philosophie / nomen est
invisum mirenturque in ea tantum me opere et temporis po-
nere / Ego autem quamdiu res publica per eos gerebatur quibus se
ipsa commiserat / omnes meas curas cogitationesque
quod in eam conferebam / Cum autem dominatu unius omnia
tenerentur / neque esset usquam consilio / aut auctoritati
locus / Socios denique tuende rei publice / summos viros
amisissem / nec me angoribus dedi quibus essem con-
fectus / nisi hiis restitissem / nec rursum indignis
homine docto voluptatibus / Atque utinam res publica stetis-
set quo ceperat / statu / nec in homines non tam
commutandarum quam evertendarum rerum cupidos
incidisset / primum enim ut stante res publica facere
solebamus / in agendo plus quam in scribendo opere
poneremus / Deinde scriptis ipsis non ea que nunc
sed actiones meas mandaremus ut sepe fecimus
Cum autem res publica in qua omnis mea cura cogi-
tacio / opera poni solebat nulla esset omnino / ille scilicet
litere conticuerunt forenses / et senatorie / Nichil
autem agere cum animus non posset / in hiis studiis ab
initio versatus etatis / existimavi honestissime posse depo-
ni / si me ad philosophiam retulissem / Cui cum multum
adolescens discendi causa temporis tribuissem postea-
quam honoribus inservire cepi / meque totum rei publice
tradidi tantum erat philosophie loci / quantum superfue-
rat amicorum et rei publice temporis / Id autem omne con-
sumebatur in legendo scribendi otium non erat Ma-
ximis igitur in malis hoc tamen boni assecu-
ti videmur / ut ea litteris mandaremus que
nec erant nota nostris / Et erat cognitione
dignissima / quid enim est per deos optabilius
sapientia / quid prestantius / quid homini melius /
quid homine dignius / Hanc qui expetunt igitur
philosophi nominantur / nec quicquam aliud est philosophia si inter-
pretari velis / preter studium sapientie / Sapientia autem est

ut a veteribus philosophis diffinitum est rerum divinarum
et humanarum causarum quibus hee res continentur
scientia / cuius studium qui vituperat / aut sane
intelligo / quid nam sit quod laudandum putet /
Nam sive oblectacio animi queritur / requies cu-
rarum / que conferri cum eorum studiis potest / qui semper
aliquid inquirunt / quod spectet valet ad bene be-
ate que vivendum / sive racio constancie / virtutis que
queritur / aut hec ars est / aut nulla omnino /
per quam eas assequimur / nullam dicere maximarum
rerum arte esse / cum minimarum rerum sine arte nul-
la sit / hominum est parum considerate loquentium
atque in maximis rebus errancium / Si autem
est aliqua disciplina virtutis / ubi ea queretur
cum ab hoc genere discendi discesseris / sed hec
cum ad philosophiam cohortamur accuratius disputa-
ri solent / quod alio quodam libro fecimus /
hoc autem tempore tantum nobis declarandum fuit /
cur orbati rei publice muneribus ad hoc nos
contulissemus / studium potissimum / occurritur autem
nobis equidem a doctis et eruditis queren-
tibus satis / ne constanter facere videamur / qui
cum percipi nihil posse dicamus / tamen et aliis de
rebus disserere soleamus / et hoc ipso tempore precep-
ta officii persequamur / Quibus vellem satis
cognita esset nostra sententia / Non enim sumus hii
quorum vagetur animus errore / nec habeat
umquam quid sequatur / Que enim esset ista mens
vel que vita potius non solum disputandi
sed etiam vivendi racione sublata / Nos autem
ut ceteri qui alia certa alia incerta esse dicunt
sic ab hiis dissentientes alia probabilia / con-
tra alia dicimus / Quid est igitur quod me im-
pediat / ea que probabilia michi videantur
sequi / que contra improbare atque affirmandi
arrogantiam vitare / fugere temeritatem que
a sapiencia dissidet plurimum / Contra autem omnia
disputatur / quod hoc ipsum probabile elucere non pos-
sit / nisi ex utraque parte causarum esset facta contencio / Sed
hec explanata sunt in Achademicis nostris satis

ut arbitror diligenter. Tibi autem mi Cicero quamquam in
antiquissima nobilissimaque philosophia Cratippo
auctore versaris, his simillimo qui ista preclara
pepererunt, tamen hec nostra finitima vestris igno-
ta esse volui. Sed iam ad instituta pergamus.

Quinque igitur rationibus propositis officii persequendi,
quarum due ad decus honestatemque pertinent,
due ad comoda vite, copias, opes,
facultates, quinta ad eligendi iudicium si quando
ea que dixi pugnare inter se viderentur, honestatis pars
confecta est, quam quidem tibi cupio esse notissimam.
Hoc autem de quo nunc agimus id ipsum est quod utile
appellatur. In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de
via sensimque eo deducta est, ut ab honesto
utile secernens constitueret honestum aliquid quod
utile non esset, et utile quod non honestum, qua nul-
la pernicies maior hominum vite potuit afferri.
Summa quidem auctoritate philosophi severe
sane et honeste hec tria genera confusa cogi-
tatione distinguunt. Quidquid enim iustum sit id
etiam utile esse censent, itemque quod honestum
id esse iustum, ex quo efficitur ut quicquid honestum sit
idem sit utile. Quod qui perspiciunt parum, hi sepe
versutos homines et callidos admirantes malitiam
sapientiam iudicant. Quorum error eripiendus est
opinioque omnis ad eam spem traducenda ut ho-
nestis consiliis iustisque factis non fraude et ma-
litia se intelligant ea que velint consequi pos-
se. Que vero ad vitam hominum tuendam pertinent partim
sunt inanimata ut aurum argentum ut ea que gignuntur
e terra, ut alia generis eiusdem, partim animalia
que habent suos impetus et rerum appetitus. Eo-
rum autem alia rationis expertia sunt, alia ratione u-
tentia. Expertes rationis equi boves reli-
que pecudes, apes, quarum opere efficitur aliquid
ad usum hominum atque vitam. Ratione autem utentium
duo genera ponunt, deorum unum alterum hominum.
Deos placatos pietas efficiet et sanctitas. Proxi-
me autem et secundum deos homines hominibus ma-
xime utiles esse possunt. Earumque item rerum

que noceant et obsint. Eadem divisio est.
Sed quia deos nocere non putant, his exceptis homines
hominibus obesse plurimum arbitrantur. Ea
enim ipsa que inanimata diximus plura que sunt
hominum operis effecta, que nec haberemus nisi manus et ars
accessisset nec hiis sine hominum administracione ute-
remur. Neque enim valitudinis curatio, neque navi-
gatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque
reliquorum perceptio et conservatio sine hominum opera
nulla esse potuissent. Iam vero et earum rerum qui-
bus habundaremus exportatio, et earum rerum qui-
bus egemus. Eadem que racione nec lapides
a terra exciderentur ad usum nostrum necessarii nec fer-
rum es argentum aurum effoderetur penitus abdi-
tum, sine hominum labore et manu. Tecta vero
quibus et frigorum vis pelleretur, et calorum
molestie sedarentur, unde aut initio generi humano
dari potuissent aut postea subvenire, si
aut vi tempestatis aut terre motu aut vetustate
cecidissent, nisi communis vita ab hominibus hara-
rum rerum auxilia petere didicisset. Adde ductus
aquarum, derivaciones fluminum, aquarum irri-
gaciones, moles oppositas fluctibus, portus manu fa-
ctos, que unde sine hominum opere habere posse-
mus. Ex quibus omnibus multisque aliis perspi-
cuum est, qui fructus queque utilitates ex
rebus hiis que sint inanimate perciperentur, eas
nos nullo modo sine hominum manu atque opera
capere potuisse. Qui denique ex bestiis fructus
aut que commoditas nisi homines adiuvarent
percipi possent. Nam et qui principes inve-
niendi fuerunt, quem ex quaque belua usum
habere possemus, homines certe fuerunt, nec hoc
tempore sine hominum opera aut pascere aut do-
mare aut tueri aut tempestivos fructus
ex hiis capere possemus. Ab eisdem que et ea que
nocent interficiuntur et que usui possunt esse
capiuntur. Quid enumerem arcium multitu-
dinem, sine quibus vita omnino nulla esse
potuisset. Quid enim egris subvenisset que esset

oblectacio valencium / qui victus aut cultus ni-
si tam multe artes ministrarentur / quibus rebus
exculta hominum vita / tantum destitit a victu et
cultu bestiarum / Urbes vero sine hominum cetu non
potuissent nec edificari nec frequentari. Ex quo le-
ges moresque constituti, tum iuris equa descrip-
tio / certaque vivendi disciplina, Quas res et
mansuetudo animorum et verecundia est / effectumque
est / ut esset vita munitior / atque ut dando et ac-
cipiendo / permutandisque facultatibus et com-
modis / nulla re egeremus / longiores hoc loco
sumus / quam necesse. Quis est enim cui non perspi-
cua sint illa / que pluribus verbis a panecio co-
memorantur / neminem neque ducem bello nec
principem domi magnas res et salutares
sine hominum studiis gerere potuisse / Utitur
in re non dubia / testibus non necessariis atque
ut magnas utilitates adipiscimur conspira-
cione hominum / atque consensu sic nulla tam de-
testabilis est quod non homini ab homine nascatur /
Est dicearchi liber de interitu hominum peripa-
tetice magni et copiosi / qui collectis ceteris
causis eluvionis pestilencie vastitatis bel-
luarum eciam repentine multitudinis / quarum
impetu docet quedam hominum genera esse consumpta
deinde comparat quanto plures deleti sint ho-
mines hominum impetu / id est bellis aut sedicionibus /
quam omni reliqua calamitate. Cum igitur hic lo-
cus nichil habeat dubitacionis. quin homines
plurimum hominibus et prosint et obsint pro-
prium hoc statuo esse virtutis conciliare animos ho-
minum et ad suos adiungere / Itaque que in rebus
inanimis. queque et tractacione beluarum fiunt
utiliter ad hominum vitam artibus ea tribuuntur oper-
osis / hominum autem studia ad amplificacionem nostrarum
rerum prompta et parata virorum prestancium sa-
piencia / et virtute excitantur. Etenim virtus omnis /
tribus rebus fere vertitur / quarum una est in
perspiciendo quid in qua re verum sincerumque sit /
quid consentaneum cuique quid consequens Ex quo

que gignantur, que cuiusque rei causa sit, alterum cohibere motus animi turbatos, quos greci pathos nominant, appetitionesque, quas illi hormas, obedientes efficere rationi; tertium his quibus cum congregemur uti moderate et scienter, quorum studiis ea que natura desiderat expleta cumulataque habeamus, per eosdemque si quid importetur nobis incommodi propulsemus, ulciscamurque eos qui nocere nobis conati sunt, tantaque pena afficiamus quanta equitas humanitasque patitur. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominum studia complectamur eaque teneamus dicemus, neque ita multo post, sed et pauca ante dicenda sunt. Magnam vim esse in fortuna in utramque partem vel secundas ad res vel adversas quis ignorat. Nam et cum prospero flatu eius utimur ad optatos exitus pervehimur et cum reflavit affligimur. Hec igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet, primum ab inanimatis procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia, deinde a bestiis ictus, morsus, impetus. Hec igitur ut dixi rariora. At vero interitus exercituum, ut proxime trium, sepe multorum clades imperatorum, ut nuper summi et singularis viri, invidie preterea multitudinis atque ob eas bene meritorum sepe civium expulsiones, calamitates, fuge, rursusque secunde res, honores, imperia, victorie, quamquam fortuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt.

Hoc igitur cognito dicendum est quonam modo hominum studia ad utilitates nostras allicere atque excitare possimus. Que si longior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparetur. Ita fortasse etiam brevior videbitur. Quecumque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, aut benevolentie gratia faciunt, cum aliqua de causa quempiam diligunt, aut honores, si cuius virtutem suspiciunt et si quem dignum fortuna quam amplissima putant, aut cui fidem habent et bene rebus suis consule

arbitrantur / aut cum opes metuunt / aut cum ab his
aliquid exspectant / ut cum reges populares vel homines
largitiones aliquas proponunt / aut postremo / precio
aut mercede deducuntur / Que sordidissima est
eadem racio / et inquinatissima / et his qui ea te-
nentur / et illis qui ad eam confugere conantur /
Male enim se res habet cum id quod virtute effici debet
id temptatur pecunia / sed quoniam nonnunquam hoc subsi-
dium necessarium est / quemadmodum sit utendum / dice-
mus si prius eis de rebus que virtuti propiores sunt
dixerimus Atque etiam subiciunt se homines imperio
alterius et potestati de causis pluribus / Ducuntur enim
aut benivolencia / aut beneficiorum magnitudine aut
dignitatis prestancia / aut spe / sibi id utile futurum
Aut metu / ne vi parere cogantur / aut spe
largicionis promissionibusque capti / aut postremo
ut sepe in nostra re publica / videmus mercede conducti /
Rerum autem omnium / nec aptius est quicquam ad
opes tuendas / ac tenendas / quam diligi nec a-
lienius quam timeri / Preclare enim Ennius quem
metuunt oderunt / quem quisque odit periisse expe-
tit / Multorum autem odiis nullas opes posse obsi-
stere / si antea fuit ignotum / nuper est cogni-
tum / Nec vero huius tyranni solum quem armis
oppressa pertulit civitas / interitus declarat
quantum odium hominum valet ad pestem / Sed reli-
quorum exitus tyrannorum quorum haud fere quisquam
interitum similem / sibi fugit / Malus enim est
custos diuturnitatis metus / contraque benivo-
lencia fidelis vel ad perpetuitatem / Sed his qui
vi oppressos imperio coercent sit sane adhibenda
sevicia / ut heris in famulos / si aliter teneri
non possunt / qui vero in libera civitate ita se in-
struunt ut metuantur / his nichil potest esse demen-
cius / Quamvis enim sint demerse leges alicuius o-
pibus quamvis timefacta libertas emergunt tamen
hec aliquando aut iudiciis tacitis aut occultis de
honore suffragiis / Acriores autem morsus sunt
intermisse libertatis quam retente / Quod igitur lati-
ssime patet / neque ad incolumitatem solum / sed

Etiam ad opes et potentiam valet plurimum, ut am-
plectamur ut metus absit, caritas retineatur.
Ita facillime que volumus et in privatis rebus et
in re publica consequimur. Etenim qui se metui volent
a quibus metuuntur eosdem metuant ipsi necesse
est. Quid enim censemus superiorem illum Dioni-
sium qui cruciatu timoris angi solitum, qui cul-
tros metuens tonsorios, candente carbone sibi ad-
urebat capillum. Quid Alexandrum Ferreum
quo animo vixisse arbitramur, qui ut scriptum le-
gimus, cum uxorem Theben admodum diligeret tamen
ad eam in cubiculum ex epulis veniens barba-
rum et eum quidem ut scriptum est compunctum no-
tis tericijs districto gladio iubebat anteire
premittebatque de stipatoribus suis qui scruta-
rentur arculas muliebres et ne quod in vestimentis
telum occultaretur exquirerent. O miserum qui
fideliorem et barbarum et stigmaticum putaret
quam coniugem. Nec eum fefellit. Ab ea est enim ipse
propter pelicatus interfectus suspicione. Nec vero
ulla vis imperij tanta est que premente metu
possit esse diuturna. Testis est Falaris cuius
enim praeter ceteros nobilitata crudelitas, qui non ex
insidijs interijt, ut is quem modo dixi Alexan-
der, non a paucis ut hic noster, sed in quem universa
Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid Ma-
cedones, nonne Demetrium relinquerunt, omnes-
que se ad Pirrum contulerunt. Quid Lacedemo-
nios iniuste imperantes, nonne repente omnes
socij fere deseruerunt, spectatoresque se otiosos
prebuerunt Leutrice calamitatis. Externa li-
bentius in tali re quam domestica recordor. Veri-
tamen quamdiu imperium rei publice beneficijs tenebatur
non iniurijs, bella aut pro socijs aut de imperio
gerebantur. Exitus erant bellorum aut mites aut
necessarij. Regum populorum nationum portus erat et re-
fugium senatus. Nostri autem magistratus impera-
toresque ex una hac re maximam laudem ca-
pere studebant, si provincias, si socios equitate et
fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis te-

fuit verius quam imperium poterat nominari. Sensim
hanc consuetudinem et disciplinam ante minuebam
post vero Sille victoriam penitus amisimus. Desi-
tum est enim videri quicquam in socios iniquum cum exti-
tisset etiam in cives tanta crudelitas. Ergo in illo
secuta est honestam causam non honesta victoria.
Est enim ausus dicere hasta posita, cum bona in foro
venderet et bonorum virorum et locupletium et
certe civium praedam suam se vendere. Secutus est
qui in ea impia victoria etiam fetidiore non so-
lum singulorum civium bona publicaret, sed uni-
versas provincias regiones uno calamitatis ge-
nere comprehenderet. Itaque vexatis ac perditis
exteris nationibus ad exemplum amissi imperii por-
tari in triumpho Massiliam vidimus et ea ur-
be triumphari, sine qua numquam nostri imperatores ex
transalpinis bellis triumpharunt. Multa praeterea
commemorarem nefaria in socios, si hoc uno
sol quicquam vidisset indignius. Iure igitur ple-
ctimur. Nisi enim multorum impunita scelera tulis-
semus, numquam ad unum tanta pervenisset licen-
cia; a quo quidem rei familiaris ad paucos cu-
piditatum ad multos venit hereditas improbos. Nec
vero umquam bellorum civilium semen et causa deerit
dum homines perditi hastam illam cruentam memi-
nerint et sperabunt. Quam P. L. cum Sulla vibras-
set dictatore propinquo suo, idem sexto tricesi-
mo anno post a sceleratiore hasta eadem non re-
cessit; alter autem qui in illa dictatura scriba
fuerat, in hac fuit questor urbanus. Ex quo
debet intelligi talibus premiis propositis numquam
defutura bella civilia. Itaque parietes urbis
modo stant et manent, hii ipsi iam extrema sce-
lera metuentes. Rem vero publicam penitus amisimus.
Atque in has clades incidimus (redeundum est
enim ad propositum) dum metui quam cari esse et dili-
gi maluimus. Que si populo romano iniuste
imperanti accidere potuerunt, quid deberent putare sin-
guli? Quod cum perspicuum sit benevolentie vim esse
magnam, metus imbecillem, sequitur ut disseram

Quibus rebus possimus facillime eam quam volumus adipisci cum honore et fide caritatem. Sed ea non pariter omnes egemus, nam ad cuiusque vitam institutam accomodandum est a multisne opus sit an satis sit a paucis diligi. Certum igitur hoc sit, id quod et primum et maxime necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum et nostra mirantium. Hec enim est una res prorsus ut non differat inter summos et mediocres viros. Eaque est utrisque prope modum comparanda. Honore et gloria et benivolencia civium fortasse non eque omnes egent, sed tamen si cui hec suppetunt adiuvant aliquantum cum ad cetera tamen ad amicicias comparandas. Sed amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Lelius. Nunc dicamus de gloria, quamquam ea quoque de re duo sunt libri, sed attingamus quando quidem ea in rebus maioribus administrandis adiuvat plurimum.

Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiracione quadam honore dignos putet. Hec autem si est simpliciter breviterque dicendum quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tamquam influere possimus. Ac primum de illis tribus que ante dixi benivolentie precepta videamus, que quidem capitur beneficiis maximis, secundo autem loco benefica voluntate benivolentia movetur, etsi res forte non suppetit. Vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis, beneficencie, iusticie, fidei omniumque earum virtutum que pertinent ad mansuetudinem morum ac facultatem. Etenim illud ipsum quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet animosque omnium natura et specie commovet maxime quasi perlucet ex hiis quas commemoravi virtutibus, idcirco illos in quibus eas

virtutes esse remur a natura ipsa diligere cogimur.
Atque hec quidem ad diligendum coniunctissime possunt
etiam preterea nonnulla esse leviora.

Fides autem ut habeatur duabus rebus effici
potest, si extimabimur adepti coniunctam
cum iustitia prudentiam. Nam et his
fidem habemus quos plus intelligere quam nos
arbitramur quosque et futura prospicere credi-
mus, et cum res agatur in discrimenque ventum
sit expedire rem et consilium ex tempore capere
posse, hanc enim homines utilem existimant
veramque prudentiam. Iustis autem et fi-
dis hominibus, id est bonis viris ita fides habetur
ut nulla sit in hiis fraudis iniurieque suspi-
cio. Itaque hiis salutem nostram, hiis fortunas,
hiis liberos rectissime committi arbitramur. Harum
igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus
pollet, quippe cum ea sine prudentia satis habeat
auctoritatis, prudentia sine iustitia nihil valet
ad faciendam fidem. Quo enim quis versutior
et callidior, hoc invisior et suspectior detrac-
ta opinione probitatis. Quam ob rem intellige-
tie iustitia coniuncta, quantum volet habebit ad
faciendam fidem virium. Iustitia sine prudentia
multum poterit, sine iustitia nichil valebit pru-
dentia. Sed ne quis sit admiratus cur cum
inter omnes philosophos constet a me quoque ipso disputatum
sit, qui unam haberet, omnes habere virtutes,
nunc itaque seiungam quasi possit quisquam, qui non idem
prudens sit, iustus esse. Alia est illa cum veritas
ipsa limatur in disputatione subtilitas. Alia cum
ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Quam ob
rem ut vulgus ita nos hoc loco loquimur, ut
alios fortes, alios viros bonos, alios pruden-
tes dicamus. Popularibus enim verbis est
agendum et usitatis cum loquamur de opinio-
ne populari. Idque eodem modo fecit Panetius. Sed
ad propositum revertamur. Erat igitur ex tribus
que ad gloriam pertinent, hoc tertium, ut cum ad-
miratione hominum honore ab hiis digni iudicare-
mur.

Admirantur igitur illi quidem omnia / que ma-
gna et preter opinionem suam aduerterunt /
Separatim aut in singulis / si prospiciunt que-
dam bona nec opinata Itaque eos viros su-
spiciunt maximisque efferunt laudibus in qui-
bus extimant se excellentes quasdam et sin-
gulares virtutes perspicere / despiciunt autem eos et
contemnunt / in quibus nichil virtutis nil animi /
nichil nervorum putant non enim omnes eos conte-
mnunt / de quibus male existimant. Nam quos im-
probos maledicos fraudulentos putant et ad facien-
dam iniuriam instructos / eos haud contemnunt
quidem / sed de hiis male extimant. Quamobrem
ut audivi contemnuntur hi qui nec sibi nec al-
teri prosunt / ut dicitur in quibus nullus labor
nulla industria nulla cura est / Admiratio-
ne quadam afficiuntur hii qui anteire ceteros
virtute putantur / et cum omni carere dedecore
tum vero hiis viciis quibus alii non facile pos-
sunt obsistere / Nam et voluptates blandissime
domine maiores partes animi a virtute detorquent /
Et dolor cum admonentur faces preter mo-
dum plerique exterrentur / Vita mors divicie
paupertas omnes homines vehementissime permo-
vent Que qui in utramque partem excelso animo
magnoque despiciunt / Cumque aliqua hiis am-
pla et honesta res obiecta est totos ad se con-
vertit et rapit tum quis non admiretur splendorem
pulchritudinemque virtutis Ergo et hec ani-
mi despicienda admirabilitatem magnam fa-
cit / et maxime iusticiam / ex qua una virtu-
te viri boni appellatur mirifica quedam mul-
titudini videtur / Nec iniuria nemo enim iu-
stus esse potest / qui mortem qui dolorem / qui exi-
lium qui egestatem timet / aut qui ea que
hiis sunt contraria equitati anteponit /
Maximeque admirant eum qui pecunia non
movetur / quod in quo viro perspectum sit hunc
dignum spectatu arbitrant Itaque illa tria que
proposita sunt ad gloriam omnia iusticia conficit

et benivolentiam, quod prodesse vult plurimis.
Et ob eandem causam fidem quoque et admirationem quod
ea res spernit et negligit ad quas plerique in-
flammati aviditate rapiuntur. Ac mea quidem
sententia omnis ratio et institutio vite adiumenta
hominum desiderat. In primisque ut habeat quibus-
cum possit familiares conferre sermones quod est
difficile nisi speciem pre te boni viri feras.
Ergo etiam solitario homini atque in agro vitam
agenti opinio iusticie necessaria est, eo quod ma-
gis quam si eam non habebunt, iniusti habebun-
tur. Nullis presidijs septi multis afficientur
iniurijs atque hijs etiam qui vendunt emunt, condu-
cunt locant contrahendisque negocijs implicantur
Iusticia ad rem gerendam necessaria est. Cuius tan-
ta vis est ut nec illi quidem qui maleficio
et scelere pascuntur possint sine ulla particu-
la iusticie vivere. Nam qui eorum cuipiam
qui una latrocinatur, furatur aliquid aut
eripit, hic se sibi nec in latrocinio quidem
relinquit locum. Ille autem qui archipirata
dicitur, nisi equaliter predam dispertiat, aut oc-
cidatur a socijs aut relinquatur. Quin etiam
leges latronum esse dicuntur quibus pareant
quas observent. Itaque propter equabilem pre-
de partitionem et Bargulus Illirius latro de quo
est apud Theopompum magnas opes habuit.
Et multo maiores Viriatus Lusitanus cui qui-
dem exercitus nostri imperatoresque cesserunt. Quem
C. Lelius his qui sapiens usurpatur fre-
git et comminuit, ferocitatemque eius ita re-
pressit ut facile bellum reliquis traderet. Cum
igitur tanta vis iusticie sit ut ea etiam la-
tronum opes firmet atque augeat, quantam eius
vim inter leges et iudicia et instituta rei pu-
blice fore putamus? Mihi quidem non apud Me-
dos solum ut ait Herodotus, sed etiam apud
maiores nostros fruende iusticie causa videntur enim
bene olim morati reges constituti. Nam cum
premeretur in ocio multitudo ab hijs qui maiores

opes habeant / ad unum aliquem confugiebant
virtute prestante / Qui prohiberet iniuria tenu-
iores equitatis constituenda / summos cum infi-
mis pari iure retinebat / Eadem quoque constitue-
darum legum fuit causa / que regum / Ius enim semper
quesitum est equabile / Neque enim aliter esset ius
Id si ab uno iusto et bono viro consequebantur
Erant eo contenti / Cum id minus contingeret /
leges sunt invente / que cum omnibus una
atque eadem voce loquerentur / Ergo hoc quidem
perspicuum est eos ad imperandum deligi solitos
quorum de iusticia magna esset opinio multi-
tudinis / Adiuncto vero hoc ut idem etiam pru-
dentes haberentur / nihil erat / quod homines his auc-
toribus non posse se consequi arbitrarentur /
Omni igitur ratione colenda et retinenda iusticia
cum ipsa per se se / nam aliter iusticia non esset / tum
propter amplificationem honoris et glorie · Sed
ut pecunie querende / non solum ratio est /
sed etiam collocande que perpetuos sumptus suppe-
ditet / nec solum necessarios / sed etiam libera-
les / sic gloria querenda / et collocanda ratione
est / Quamquam preclare Socrates hanc viam ad
gloriam proximam / et quasi compendiariam dice-
bat esse / si quis id ageret ut qualis haberi
vellet talis esset / Quod si qui simulatione et in-
ani ostentatione / et ficto non modo sermone / sed
etiam vultu stabilem se gloriam consequi
posse rentur vehementer errant / Vera
gloria radices agit atque etiam propagatur /
ficta omnia celeriter atque flosculi decidunt
Nec simulatum quicquam potest esse diuturnum
Testes sunt permulti in utramque partem / sed bre-
vitatis causa / familia contenti erimus una
Tiberius est / Graccus / publii filius / tam-
diu laudabitur dum memoria rerum Romanarum
manebit / At eius filii nec vivi probantur
boni et mortui obtinent iure cesorum /
Qui igitur adipisci veram gloriam volent iusti-
cie fungantur officiis / Ea que sint dicta /

In libro superiore. Sed ut facillime quales simus
hi qui haberi velimus, tamen quedam precepta danda
sunt. Nam si quis ab ineunte etate habet causam cele-
britatis et nominis, aut a patre acceptam, quod tibi
mi Cicero arbitror contigisse, aut aliquo casu
aut fortuna, in hunc oculi omnium coniciuntur
atque in eo quid agat, quemadmodum vivat inquiri-
tur, et tamquam in clarissima luce versetur ita
nullum obscurum potest, nec dictum eius esse nec
factum. Quorum autem prima etas propter humilitatem
et obscuritatem in hominum ignoracione versatur,
hi simul ac iuvenes esse ceperunt in magna
spectare, et ad ea rectis studiis debent contendere.
Quod eo firmiore animo facient quia non modo non
invidetur illi etati verum etiam favetur. Prima
igitur est adolescentia commendacio ad gloriam, si qua
ex bellicis rebus comparari potest, in qua multi apud
maiores nostros extiterunt. Semper enim fere bella
gerebantur. Tua autem etas incidit in id bellum cuius
altera pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis
parum. Quo tamen in bello cum te Pompeius ale alteri
prefecisset magnam laudem, et a summo viro et
ab exercitu consequebare equitando iaculando omni
militari labore tollerando. Atque ea quidem
tua laus pariter cum re publica cecidit. Michi autem
hec suscepta non de te est, sed de genere toto.
Quamobrem pergamus ad ea que restant. Ut igitur
in reliquis rebus multo maiora sunt opera
animi quam corporis, sic hee res quas persequimur ingenio
ac racione, graciores sunt quam ille quas viribus.
Prima igitur commendacio proficiscitur a modestia,
tum pietate in parentes, in suos benivolentia. Faci-
lime autem et in optimam partem cognoscuntur
adolescentes, qui se ad claros et sapientes viros
bene consulentes rei publice contulerunt, qui-
buscum si frequentes sunt, opinionem afferunt
populo eorum fore se similes, quos sibi ipsi de-
legerint ad imitandum. P. Rutilii adolescenciam
ad opinionem et innocencie et iuris sciencie P.
Mucii commendavit domus. Nam L. quidem Crassus

cum esset ad modum adolescens, non aliunde mu-
tuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem
ex illa accusatione nobili et gloriosa, et qua etate
qui exercentur laudibus affici solent ut de demo-
scene accepimus. Ea etate L. crassus ostendit
id se in foro optime iam facere, quod
etiam tunc poterat domi cum laude meditari. Sed cum
duplex sit ratio orationis, quarum in altera sermo sit,
in altera contentio, non est id dubium, quin contentio-
nis maiorem vim habeat ad gloriam. Ea est enim
quam eloquentiam diximus. Sed tamen difficile dictu est quan-
tum sepe conciliet animos comitas affabilitasque ser-
monis. Extant epistole et philippi ad allexan-
drum et antipatri ad cassandrum, et antigoni
ad philippum filium trium prudentissimorum, sic enim
accepimus, quibus precipiunt ut oratione beni-
gna multitudinis animos ad benivolentiam
alliciant, militesque blando appellando sermo-
ne deliniant. Que autem in multitudine cum con-
tentione habetur oratio ea sepe universam excitat
gloriam. Magna enim est admiratio copi-
ose sapienterque dicentis, quem qui audiunt in-
telligere etiam et sapere plus quam ceteros arbitrantur.
Si vero inest in oratione mixta modestia gravi-
tas, nichil admirabilius fieri potest, eo quod ma-
gis si ea sunt in adolescente. Sed cum sint plu-
ra causarum genera que in eloquentia desiderant,
multi quoque in nostra republica adolescentes, et apud
et apud iudices et apud senatum dicendo lau-
dem assecuti sunt, maxima est admiratio in
iudiciis, quorum ratio duplex est. Nam ex accu-
satione et defensione constat, quarum etsi lau-
dabilior est defensio, tamen etiam accusatio proba-
ta persepe est. Dixi paulo ante de crasso, idem
fecit adolescens M. antonius. Et P. Sulpicii
eloquentiam accusatio illustrat, cum seditiosum et
inutilem civem C. norbanum in iudicium voca-
vit. Sed hoc quidem non est sepe faciendum
nec umquam nisi aut reipublice causa, ut duo lucul-
li, aut patrocinio aut nos pro siculis, pro sardis

p. m. albucio fufius / In accusando etiam mani-
lio l. fusii cognita industria est semel igitur
aut non sepe certe. Sin erit cui faciendum sit
sepius reipublice tribuat hec muneris cuius
inimicos se ulcisci sepius non est reprehe-
dendum / modus tamen adsit / duri enim ho-
minis uel potius vix hominis videtur periculum
capitis inferre multis / quod cum periculosum ipsi
est tamen etiam sordidum ad famam committere /
sit accusator nomineris. Quod contigit m. bru-
to summo genere nato illius filio / qui iuris
ciuiles in primis peritus fuit / Atque etiam hoc pre-
ceptum officii diligenter tenendum est / ne quem vn-
quam innocentem iudicio capitis arcessas quod
enim sine scelere fieri nullo pacto potest / Nam quid
est tam inhumanum quam eloquentiam a natura
a salutem hominum / et ad conuersacionem datam
ad bonorum pestem perniciemque conuertere /
Nec tamen vt hoc fugiendum est / ita habendum
est religioni nocentem aliquando et nepharium
impiumque defendere / vult hoc multitudo pa-
titur / consuetudo fert etiam humanitas / Iudicis est
semper in causis verum sequi patroni / non numquam
verisimile etiam si minus sit verum defendere quod
scribere presertim cum de philosophia scriberem non auderem /
Nisi idem placeret grauissimo Stoicorum / panetio.
Maxime autem et gloria paritur et gracia defensio-
nibus. Eoque maior si quando accidit / vt ei sub-
ueniatur / qui potentis alicuius opibus circumue-
niri vrgerique videtur / vt nos et sepe alias
et adolescentes contra L. sille dominantis opes
pro sexto roscio amerino fecimus / Que /
vt scis extat oracio / Sed expositis adolescen-
cium officiis qui valeant ad gloriam adipiscen-
dam / Deinde de beneficencia ac liberalitate
dicendum est / Cuius est racio duplex / Nam
aut opera benigne fit in diligentibus aut pe-
cunia / facilior est hec posterior / locupleti
presertim / sed illa lautior / ac splendidior / et
viro forti claroque dignior / Quamquam enim in vtraque

mos gratificandi liberalis voluntas, tamen altera
ex archa, altera ex virtute depromitur. Largitio
que fit ex re familiari, fontem ipsum
benignitatis exhaurit. Ita benignitate benigni-
tas tollitur, qua quo in plures usus sis,
eo minus in multis uti possis. At qui opera virtu-
te et industria, benefici et liberales erunt, pri-
mo quo pluribus profuerint, eo plures ad
benigne faciendum adiutores habebunt. Dein-
de consuetudine beneficentie faciendum para-
tiores esset et tamquam exercitatiores ad bene de
multis promerendum. Preclare in epistola quadam
Allexandrum filium Philippus accusat, quod lar-
gitione benivolentiam macedonum consectetur.
Que te malum inquit ratio in istam spem in-
duxit ut eos tibi fideles putares fore quos
pecunia corrupisses. An tu id agis ut macedo-
nes non te regem suum, sed ministrum et prebi-
torem putent, quia sordidum regi. Melius etiam
largitionem corruptelam dixit esse. Fit enim
deterior qui accipit, atque ad idem semper
expectandum paratior. Hec ille filio, sed precep-
tum putemus omnibus. Quamobrem id qui-
dem non est dubium quin illa benignitas
que constat ex ope et industria, et hone-
stior sit et latius pateat et possit prodesse
pluribus. Non numquam tamen est largiendum, nec
hoc benignitatis genus omnino repudiandum
est. Et sepe ydoneis hominibus indigentibus
de re familiari impertiendum, sed diligenter atque
moderate. Multi enim patrimonia effuderunt in-
consulte largiendo. Quid autem est stultius
quam quod libenter facias, curare ut id diutius
facere non possis. Atque etiam secuntur largitionem
rapine. Cum enim dando egere ceperunt alie-
nis bonis manus afferre coguntur. Itaque cum
benivolentie comparande causa benefici esse pre-
velint, non tanta studia assequntur eorum
quibus dederunt, quanta odia eorum quibus ad-
emerunt. Quamobrem nec ita claudenda res

Est familiaris ut eam benignitas tollitur/ qua
quo plures usus sis eo minus in multos uti
possis. aperire non possit/ nec ita referanda
ut pateat omnibus/ modus adhibeatur isque
que referatur ad facultates. Omnino meminisse de-
bemus/ id quod a nostris hominibus sepissime usur-
patum/ iam in proverbii consuetudinem venit
largicionem fundum non habere. Etenim quis potest
esse modus/ cum et hii qui consueverunt et illud
idem alii desiderent//

Omnino duo genera sunt largorum quorum alteri pro-
digi alteri liberales/ prodigi qui epulis
et visceracionibus/ et gladiatorum mu-
neribus/ ludorum venacionumque apparatu pecunias
profundunt in eas res quarum memoriam aut bre-
vem aut nullam sint relicturi omnino. Libera-
les autem qui suis facultatibus/ aut captos a pre-
donibus redimunt aut es alienum suscipi-
unt amicorum causa/ aut in filiarum collo-
cacione adiuvant aut opitulantur vel in re
querenda vel augenda/ Itaque miror quid in men-
tem venit Theofrasto in eo libro quem
de diviciis scripsit in quo multa preclare/ illud
absurdum. Est enim multus in laudanda magni-
ficencia et apparicione popularium munerum
taliumque sumptuum facultatem fructum
diviciarum putat/ michi autem ille fructus libe-
ralitatis cuius pauca exempla posui mul-
to maior videtur et cercior. Quanto Aristote-
les gravius et verius nos reprehendit qui
has pecuniarum effusiones non admiremur
que fiunt ad multitudinem deliniendam. At hii
qui ab hoste obsidentur/ si emere aque sexta-
rium mina cogerentur/ hoc primo incredibile no-
bis videri/ omnesque mirari/ sed cum attenderint ve-
niam necessitati dari. In hiis in manibus iactu-
ris infinitisque sumptibus nichil nos magnopere
mirari cum presertim neque subveniatur neces-
sitati/ nec dignitas augeatur ipsaque illa de-
lectacio multitudinis/ ad breve exiguumque sit

Tempus / ea que vehementissimo queque in quibus tamen
ipsis una cum sacietate memoria quoque moria=
tur voluptatis / Bene etiam colligit hec pue=
ris et mulierculis et servis et servorum simi=
libus liberis esse grata gravi homini et ea que
fiunt iudicio certo ponderanti / probari posse
nullomodo / Quamquam intelligo in nostra civitate
inveterasse iam bonis temporibus ut splendore edi=
litatum ab optimis viris postuletur / Itaque et
P. crassus cum cognomine dives cum copiis fun=
ctus est / edilicio maximo munere Et paulo post
L. crassus cum omni hominum moderatissimo Q.
Mucio uno magnificentissima edilitate functus
est / deinde C. claudius App. filius / mul=
ti post luculli hortensius Silanus omnes
autem p. lentulus me consule superiores / hunc
aut scaurus imitatus Magnificentissima
vero nostri pompei munera secundo consolatu In
quibus omnibus quid michi placeat vides / Vi=
tanda tamen suspicio est avaricie Mam merc=
to homini ditissimo pretermisse edilitatis con=
sulatus repulsam attulit / Quare et si po=
stulatur a populo bonis viris si non desi=
derantibus attamen probantibus / faciendum est
modo / pro facultatibus / nos ipsi ut fecimus /
et si aliquando aliqua res maior atque utilior
populari largitione acquiritur / ut horesti
nuper prandia in semitis decime magno
honore fuerunt / Nec marco quidem
seio vicio datum / quod in caritate asse modi=
um populo dedit / Magna enim se et invetera=
ta invidia nec turpi iactura quando erat edi=
lis / nec maxima liberavit / Sed honori
summo nuper nostro Miloni fuit qui gladiato=
ribus emptis / rei publice causa / que salute
nostra continebatur / omnes P. clodii conatus
furores que compressit / Causa igitur largi=
tionis est / si aut necesse est / aut utile /
In his autem ipsis mediocritatis regula optima
est / L. quidem philippus Q. filius vir magno

ingenio in primisque clarus gloriari solebat se si-
ne ullo munere adeptum esse omnia que haberentur am-
plissima. Dicebat idem cotta curio. Nobis quoque licet
in hoc quodammodo gloriari, nam pro amplitudine honorum
quos cunctis suffragiis adepti sumus nostro quidem
anno, quod contigit eorum nemini, quos modo nomina-
vi exiguus sumptus edilitatis fuit. Atque
etiam ille impense meliores muri navalia portus
aquarum ductus omniaque que ad usum rei publice perti-
nent. Quamquam quod presens tamquam in manum datur iocundi-
us est, tamen hec in posterum gratiora sunt. Thea-
tra porticus nova templa verecundius re-
prehendo propter pompeium. Sed doctissimi
non probant, ut et hic ipse panetius quem mul-
tum in his libris secutus sum non interpretatus.
Et phalerius demetrius qui periclem princi-
pem grecie vituperabat quod tantam pecuniam
in preclara illa propilea proiecit. Sed de hoc
genere toto in his libris quos de re publica scrip-
si diligenter est disputatum. Tota igitur ratio
talium largitionum viciosa est tempore necessaria.
Et tum ipsa et ad facultates accomodanda et
mediocritate moderanda. In illo autem altero genere
largiendi quod a liberalitate proficiscitur non uno
modo in disparibus causis affecti esse debe-
mus. Alia causa est eius qui calamitate premi-
tur, et eius qui res meliores querit nullis
suis rebus adversis. Propensior benigni-
tas esse debebit in calamitosos nisi forte erunt
digni calamitate. In his tamen qui se ad-
iuvare volent non ne afflig[antur], sed ut
altiorem gradum ascendunt restricti esse nul-
lo modo debemus. Sed in diligendis ydoneis
iudicium et diligentiam adhibere. Nam precla-
re ennius, Benefacta male locata malefa-
cta arbitror. Quod autem tributum est bono viro
et grato in eo tamen ex ipso fructus est, tum
etiam ex ceteris. Temeritate enim remota gra-
tissima est liberalitas, eoque eam studiosius
plurique laudant quo summi cuiusque bonitas

Commune est omnium perfugium. Dando enim igitur opera
ut his beneficiis quam plurimos afficiamus quorum
memoria liberis posterisque prodatur / ut his ingra-
tis esse non liceat. Omnes enim immemores
beneficii oderunt / eamque iniuriam in deterren-
da liberalitate sibi etiam fieri eumque qui faciat
communem hostem tenuiorum putant / atque haec be-
nignitas etiam rei publicae utilis est redimi e servitu-
te captos / locupletari tenuiores / quod quidem
vulgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione Cras-
si scriptum copiose videmus / hanc ergo consuetu-
dinem benignitatis largitioni munerum antepono / haec
est gravium hominum atque magnorum / illa quasi assen-
tatorum populi / multitudinis levitatem volupta-
te quasi titillancium / Conveniet autem cum in
dando munificum esse tum in exigendo non acer-
bum in omnique re contrahenda / vendendo / eme-
ndo / conducendo locando / vicinitatibus et confi-
niis equum et facilem multa multis de suo iure
concedentem / a litibus vero quantum liceat et ne-
scio an paulo post etiam quam liceat abhorrentem
Est enim non modo liberale paulum non numquam de
iure suo decedere / sed interdum etiam fructuo-
sum / habenda autem ratio est familiaris quam
quidem dilabi sinere flagitiosum est. Sed
ita ut illiberalitatis avaricieque absit suspi-
cio / posse enim liberalitate uti non spoliantem
se patrimonio nimirum est pecunie fructus
maximus / Recte enim a Theofrasto est lau-
data hospitalitas. Est enim ut mihi videtur val-
de decorum patere domus hominum illustrium illu-
stribus hospitibus / atque rei publice est orname-
nto homines externos hoc liberalitatis genere
in urbe nostra non egere. Est etiam vehemen-
ter utile / his qui honeste posse multa vo-
lunt per hospites apud externos populos valere
opibus et gratia / Theofrastus scribit quidem
Cimonem Athenis etiam in suos curiales La-
ciades hospitalem fuisse / ita enim instituisse /
et villicis imperasse / ut omnia preberentur /

quicumque Laciades in villam suam divertisset. At
quae non largitione beneficentia datur, haec tum
in universam rem publicam, tum in singulos cives con-
feruntur. In iure cavere, consilio iuvare atque hoc
scientiae prodesse genere quam plurimis vehementer
et ad opes augendas pertinet et ad gratiam. Itaque
cum multa praeclara maiorum, tamen quod optime consti-
tuti iuris civilis summo semper in honore fuit cognitio
atque interpretatio, quam quidem ante hanc confusionem
temporis in possessione sua principes retinuerunt, nunc
ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic huius scientiae
splendor deletus est, idque eo indignius, quod eo tempore
contigit, cum is esset, qui omnes superiores, quibus
honore par esset, scientia facile vicisset. Haec igitur
opera grata multis et ad beneficiis obstringendos ho-
mines accommodata. Atque huic arti finitima est
dicendi gravior facultas et gratior et orna-
tior. Quid enim eloquentia laudabilius, praestantia
vel admiratione audientium, vel spe indigentium
vel eorum qui defensi sunt gratia. Huic ergo quod
a maioribus nostris et in tota dignitate principatus
datus. Diserti igitur hominis et facile laborantis,
quodque in patriis est moribus, multorum causas
et non gravate et gratuito defendentis bene-
ficia et patrocinia late patent. Admone-
bat me res, ut hoc quoque loco intermissionem
eloquentiae, ne dicam interitum, deplorarem,
ni vererer, ne de me ipso aliquid viderer que-
ri. Sed tamen videmus, quibus extinctis ora-
toribus quam in paucis spes, quanto in paucio-
ribus facultas, quam in multis sit audacia. Cum
autem omnes non possint, ne multi quidem, aut
iurisperiti esse aut diserti, licet tamen opera
prodesse multis beneficia petentem, commendan-
tem iudicibus magistratibus, vigilantem pro
re alterius, eos ipsos, qui aut consuluntur aut
defendunt, rogantem; quod qui faciunt, plu-
rimum gratiae consequuntur, latissimeque eorum
manat industria. Iam illud non sunt admo-
nendi, est enim in promptu, ut animadvertant, cum

alios iuuare velint, ne quos offendant. Sepe
enim aut eos ledunt, quos non debent, aut
eos quos non expedit. Si imprudentes negli-
gentie est, si scientes temeritatis. Utendum
etiam est excusatione adversus eos quos in-
vitus offendas, quacumque possis, quare id quod
feceris necesse fuerit, nec aliter facere po-
tueris. Ceterisque operis et officiis erit quod
violatum est compensandum. Sed cum in hominibus
iuvandis aut mores spectari aut fortuna so-
leat, dictu quidem est proclive. Itaque vulgo
loquuntur sese in beneficiis collocandis mores
hominum non fortunam sequi. Honesta oratio est.
Sed quis est tandem qui inopis et optimi viri
cause non anteponat in opera danda gratiam
fortunati et potentis. A quo enim expeditior et
celerior remuneratio fore videtur, in eum
fere est voluntas nostra propensior. Sed anim-
advertendum est diligentius, que natura rerum
sit. Nimirum enim inops ille, si bonus est
vir, etiam si referre gratiam non potest, habere
certe potest. Commode autem quicumque dixit,
pecuniam qui habeat non reddidisse, et qui red-
diderit non habere. Gratiam autem et qui
reddiderit habere, et qui habeat reddidisse. At
qui se locupletes honoratos beatos putant,
hii ne obligari beneficio volunt. Quin e-
tiam beneficium se dedisse arbitrantur cum ipsi
quamvis magnum aliquid acceperint. Atque etiam
a se aut postulari aut expectari aliquid su-
spicantur, patrocinio vero se usos aut clien-
tes appellari mortis instar putant. At vero
ille tenuis, cum quicquid factum sit, sese spectatum
non fortunam putant, non modo illi qui est
meritus, sed etiam illis a quibus expectant.
Eget enim multis gratum se videri studet. Ne-
que enim verbis auget suum munus si quo forte
fungitur, sed etiam extenuat. Videndumque
illud est. Si opulentum fortunatumque defen-
deris, in illo uno aut in liberis forte eius

manet gra / Sin aut inopem pbu / tn et mo=
destu / Amb no impbi humles / qui mag in po=
pulo multitudo e psidiu sbi putu vident / Com=
obrem melius apud bonos / qz apud fortuna=
tos bnficiu collocari puto / danda ou opa e /
vt om genei satisface possimq. Sz si res in g=
tentoz veniet nimiz Themistocles e autor
adhibendus / qui cu consuletur / vtru bono vi=
ro paupi aut minus pbato diuiti filia collo=
caret Ergo vo mal malo viru qui pecunia
egeat / qz pecuniaz q viro / Sed corrupti mores
deprauati qz sut admiracone diuitiaz / quaz
magitudo qd ad vnuqueqz nrm ptinet / illu
fortasse adiuuat qui habz / ne id qdez semp
Sz fac iuuare pouciot sane st honestior ucs
quo / Sz si etiam bonus erit vir ne impediat
diuitie quo minus iuuetur / mo ne adiuuet /
sit qz omo iudiciu no qz locuples / sed qua=
lisquisqz sit Extremu aut preceptu in bnficiys
opa qz danda / ne quid cont equitatem conce=
das Ene quid p iniuria / Fundamentu est
em ppetue comedacois / et fame iusticia / si=
ne qua nil pt ee laudabile

Sed qui de eo gne bnficioz dictu est /
que ad singlos spectant deinceps de
hys que ad vniuersos / queqz ad re=
pu ptinent disputandu est / Eoru aute
ipoz ptim eiusmoi sut / ut ad vniusos cives
ptineat / ptim singlos ut attingant / que
sunt etia gratiora / danda opa e ois si pos=
sit vtrisqz / nec minq etia ut etia singlis
consulatur / sz ita ut ea res aut psit aut
cte ne obsit reipu / p. Cely Brachi Sz /
Brachi frumentaria magna largicio Exhau=
riebat igitur erariu / modica q. octauij
et reipu / salutaris / sz ciuibus et plebi neccia /
Ergo et ciuibus et reipu salutaris In pris
aut videndu est ei q rez pu ~~salutares~~ ad=
ministrabit / ut suu quisqz teneat neqz de
bonis pruatoz pubce diminucio fiat / parui=

Nam cum philippus in tribunatu cum legem agrari-
am ferret / quam tamen antiquari facile passus est
et in eo vehementer se moderatum prebuit / sed cum
in agendo multa populariter tum illud male / non
esse in civitate duo milia hominum qui rem haberent. Ca-
pitalis oratio est / ad equationem bonorum pertinens qua
peste que potest esse / maior / hanc enim ob causam ma-
xime ut sua tenerentur respublice / civitatesque consti-
tute sunt / nam et si duce natura congregabantur homines
tamen spe custodie rerum suarum urbium presidia quere-
bant / danda etiam opera est ne quod apud maiores
nostros sepe fiebat propter erarii tenuitatem assidu-
itatemque bellorum tributum sit conferendum idque
ne eveniat multo ante erit providendum / Sin que
necessitas huius muneris alicui reipublice obvenerit /
malo enim quam nostre ominari / neque tamen de nostra sed
de omni republica disputo danda est opera ut omnes
intelligant / si salvi esse velint necessitati esse pa-
rendum / atque etiam omnes qui rempublicam gubernabunt /
consulere debebunt / ut earum rerum copia sit que
sunt necessarie quarum qualis comparatio fieri sole-
at et debeat non est necesse disputare est enim in
promptu tantum locus attingendus fuit /

Caput autem est in omni procuratione negocii
et muneris publici ut avaritie pellatur
etiam minima suspicio / utinam inquit C.
pontius samnius ad illa tempora me fortuna
reservasset et cum essem natus / quando romani dona
accipere cepissent / non essem passus diutius eos
imperare / ne illi quidem multa secula expectanda
fuerunt / modo enim hoc malum in hanc rempublicam in-
vasit / itaque facile patior tum potius ponti-
um fuisse siquidem in illo tantum roboris / non-
dum centum et x anni sunt / cum de pecuniis re-
petendis / a L. pisone lata est lex nulla
antea cum fuisset / at vero postea tot leges / et
proxime queque duriores / tot rei / tot damnati /
tantum ytalicum bellum propter iudiciorum metum excita-
tum / tanta sublatis legibus et iudiciis expila-
tio direptioque sociorum / ut imbecillitate aliorum

quo in una virtute valeamus / laudat affricanum
Panetius quod fuit abstinens / quidni laudet / sed
in illo alio maiora laus abstinencie non hominis est
solum / sed etiam temporum illorum / omni macedonum gaza
/ que fuit maxima potitus est paulus tantum
in erarium pecunie invexit / ut unius impera=
toris preda finem attulerit tributorum atque hic
nichil domum suam intulit / preter memoriam
nominis sempiternam / Imitatus patrem Affri=
canus / nichil locupletior carthagine eversa
Quid qui eius collega fuit in censura L=
mummius / numquid copiosior causa copiosissi=
mam urbem funditus sustulisset / Italiam or=
nare / quam domum suam maluit / quamquam
Italia ornata domus ipsa michi videtur orna=
tior / Nullum igitur vicium tetrius ut eo un=
de egressa est referat se oracio quam avaricia
presertim in principibus et rem publicam gubernantibus
Habere enim questui rem publicam / non modo turpe
est / sed sceleratum etiam et nepharium / Itaque
quod Appollo Pitius oraculum edidit Spartam
nulla re alia / nisi avariciam esse perituram
videtur / non solum lacedemoniis / sed etiam
omnibus opulentis populis predixisse / Nulla autem
re conciliare facilius benivolenciam mul=
titudinis possunt / hii qui rei publice presunt /
quam abstinancia et continencia / Qui vero
se populares volunt / ob eamque causam aut
agrariam rem temptant / ut possessores
pellantur suis sedibus / aut pecunias cre=
ditas debitoribus condonandas putant / la=
befactant fundamenta rei publice concordiam primum /
que esse non potest / cum aliis adimuntur / et
aliis condonantur / deinde equitatem tollitur
omnis / si habere suum cuique non licet / Id enim
est proprium et propriadixi civitatis / atque urbis
ut sit libera / et non sollicita sue rei cuiusque
studia Atque in hac pernicie rei publice / ne illam
quidem consequuntur / quam putant graciam / nam
cui res erepta est inimicus cui data est etiam dis=
simulat /

50

se accipe voluisse / et maxime in pecuniis credi-
tis contractat suum gaudium / ne videantur non de-
buisse solvendo / at vero ille qui accipit iniuriam et
meminit / et prae se fert dolorem suum / nec si
plures sunt ii quibus improbe datum est quam il-
li quibus iniuste ademptum est idcirco etiam va-
lent / non enim numero haec iudicantur sed pondere. Quam
autem habet equitatem ut agrum multis annis aut etiam
seculis ante possessum qui nullum habuit habeat /
qui autem habuit amittat. Ac propter hoc iniurie genus
Lacedemonii Lysandrum ephorum expulerunt / Ag-
im regem quod numquam antea acciderat apud eos ne-
caverunt. Exque eo tempore tante discordie se-
cute sunt ut tiranni existerent et optimates ex-
terminarentur / et preclarissime res publica dilaberetur /
nec solum ipsa cecidit / sed etiam reliquam greciam
evertit contagionibus malorum / que a Lacedemo-
niis profecte manarunt latius. Quid nostros gra-
chos. Tiberii Grachi summi viri filios Affri-
cani nepotes nonne agrarie contentiones per-
diderunt / At vero Aratus Sicyonius iure lauda-
tur / qui cum eius civitas l. annos a tirannis
teneretur / profectus Argis clandestino introitu
urbe est potitus / cumque tirannum Nicoclem
improviso oppressisset sescentos exules qui lo-
cupletes fuerant eius civitatis locupletissimi
restituit remque publicam adventu suo liberavit
Sed cum magnam animadverteret in bonis et in
possessionibus difficultatem / quod et eos quos et
ipse restituerat / quorum bona alii possederant /
egere iniquissimum arbitrabatur / et l. annorum
possessiones moveri non minus equum putabat
propterea / quod tam longo spacio multa hereditatibus
multa emptionibus / multa dotibus tenebantur
sine iniuria iudicavit / neque illis adimi neque
illis nec his non satisfieri / quorum illa fuerant
oportere / Cum igitur statuisset opus esse ad
eam rem constituendam pecuniam Alexandriam proficisci
dixit / remque integram ad reditum suum iussit
esse / isque celeriter ad Ptolomeum suum hospitem

[..]ri / qui tum regnabat alter post alexandriam
conditam / Cui cum exposuisset patriam se liberari
velle causamque docuisset a rege opulento vir su-
mmus facile impetravit / ut grandi pecunia adiu-
varetur. Quam cum in sitionem attulisset / adhibuit
sibi in consilium / xv principes // cum quibus causas cognovit
et eorum que aliena detinebant / et eorum qui
sua amiserant / perfecitque extimandis posse-
ssionibus cederent / aliis ut commodius putarent nu-
merari sibi quod tanti esset / quam suum recuperare Ita
perfectum / ut omnes concordia constituti sine querela
discederent / O virum magnum dignumque qui in no-
stra re publica natus esset. Sic par est agere cum civi-
bus / non ut bis iam vidimus hastam in foro ponere /
et bona civium voci subiacere preconis At ille grecus /
id quod fuit sapientis et prestantis viri omnibus con-
sulendum putavit eaque est summa ratio / et sapienti-
ssimi civis commoda civium defendere / non divel-
lere. atque omnes equitate eadem continere / habitant
gratis in alieno / Quid ita ut cum ego emerim /
edificarim / tuear / impendam / tu me invito
fruare meo / quid est aliud aliis sua eripere
aliis dare aliena / Tabule vero nove quid ha-
bent argumenti nisi ut emas mea pecunia fun-
dum eum tu habeas ego non habeam pecuniam Qua-
obrem / ne sit es alienum / quod rei publice providen-
dum est / quod multis rationibus caveri potest / non si
fuerit ut locupletes suum perdant. debitores lu-
crentur alienum / Nec enim ulla res vehementius
rem publicam continet quam fides que esse nulla potest /
nisi erit necessaria solutio rerum creditarum / Numquam
vehementius actum est quam me consule / ne solvere-
tur armis et castris temptata res est ab omni
genere hominum et ordine / quibus ita restiti / ut
hoc tantum malum de re publica tolleretur / Unquam nec ma-
ius es alienum fuit / nec melius / nec facilius
dissolutum est fraudandi enim spe sublata sol-
vendi necessitas executa est / At vero hic / nunc vi-
ctor tunc quidem victus / que cogitaverat / ea perfe-
cit cum eius nihil interesset / tanta in eo libido

peccandi fuit / ut hoc ipsum eum delectaret peccare
etiam si causa non esset. Ab hoc igitur genere largitio-
nis / ut aliis detur / aliis auferatur aberunt hi
qui rem publicam tuebuntur. In primisque operam dabunt
ut iuris et iudiciorum equitate suum quisque te-
neat / et neque tenuiores propter imbecillitatem cir-
cumveniantur / neque locupletibus ad sua vel tenenda
vel recuperanda obsit invidia / preterea quibus-
cumque rebus / vel bellis / vel domi poterunt /
rem publicam augeant / imperio agris vectigalibus /
hec magnorum hominum sunt / hec apud maiores
nostros factitata / hec genera officiorum qui persequentur
cum summa utilitate rei publice magna ipsi adipi-
scentur / et gratiam et gloriam. In his autem utilita-
tis preceptis antipater tirus stoicus / qui athe-
nis nuper est mortuus / duo preterita censet esse
a panetio / valitudinis curatione et pecunie /
quas res a summo philosopho preteritas arbitror / quod es-
sent faciles sunt certe utiles. Sed valitudo su-
stentatur noticia / sui corporis / et observatione earum
rerum / que res aut prodesse soleant / aut obesse
et continencia in victu omni atque cultu corporis
tuendi causa / et pretermittendis voluptatibus
postremo arte eorum quorum ad scientiam hec pertinent /
Res autem familiaris queri debet hiis rebus a qui-
bus abest turpitudo / conservari autem diligentia
et parsimonia hiis dem etiam rebus augeri / Has
res comodissime xenofon socraticus persecutus
est In eo libro / qui economicus inscribitur. Quem
nos ista fere etate cum essemus / Quam ab tunc
a greco in latinum convertimus. Sed utilitatum com-
paratio quoniam hic locus erat quartus a panetio
pretermissus sepe est necessaria. Nam et corporis commo-
da cum externis / et externa cum corporis. Et ipsa
inter se corporis / et externa cum externis / comparari
solent. Cum externis corporis hoc modo comparantur
valere ut malis quam dives esse / Cum corporis ex-
terna hoc modo dives esse / potius quam maximis
corporis viribus / Ipsa inter se corporis sit / ut bo-
na valitudo voluptati anteponatur / vires

cedit. Ex tho et ut illud dividitur vectigalia
urbana rusticis. Ex quo genere comparacionis il=
lud est Catonis senis a quo cum quereretur quid
maxime in re familiari expediret respondit bene
pascere. quid secundum satis bene. quid tercium male
pascere. quid quartum arare. Et cum ille qui que=
sierat dixisset quid fenerari, tum Katho quid hominem
inquit occidere. Ex quo et multis aliis intelligi de=
bet utilitatum comparaciones solere fieri recte=
que hoc adiunctum esse quintum exquirendorum officiorum ge=
nus. Sed toto hoc genere de querenda de collo=
canda pecunia et de utenda commodius a quibus=
dam optimis viris ad medium ianum sedentibus
quam ab ullis philosophis ulla in scola disputatur.
Sunt tamen ea cognoscenda pertinent enim ad
utilitatem de qua hoc libro disputatum est. Reliqua
deinceps prosequamur.

Publium Scipionem Marce fili eum
qui primus Affricanus appellatus est
dicere solitum scripsit Cato qui fuit
fere eius equalis numquam se minus
ociosum esse quam cum ociosus nec minus
solum quam cum solus esset. Magnifica vero vox et
magno viro et sapiente digna que declarat illum
et in otio de negociis cogitare et in solitudine
secum loqui solitum ut neque cessaret umquam et inter=
dum colloquio alterius non egeret. Itaque due res que
languorem afferunt ceteris illum acuebant otium
et solitudo. Vellem nobis hoc idem vere dicere li=
ceret. Sed si minus imitacione tantam ingenii prestan=
ciam consequi possumus voluntate certe proxime
accedimus. Nam et a re publica forensibusque nego=
ciis armis impiis vi que prohibiti otium persequimur
et ob eam causam urbe relicta rura peragran=
tes sepe soli sumus. Sed nec hoc otium cum
Affricani otio nec hec solitudo cum illa comparanda
est. Ille enim requiescens a rei publice pulcerrimis mu=
neribus otium sibi sumebat aliquando et a cetu hominum
frequentia que interdum tamquam in portum se in=

litudinem recipiebat. Nostrum autem otium negotii
inopia non requiescendi studio constitutum est. Extin-
cto enim senatu deletisque iudiciis quid est quod di-
gnum nobis aut in curia aut in foro agere possi-
mus. Ita cum in maxima celebritate atque in oculis
civium quondam vixerimus nunc fugientes conspectum
sceleratorum quibus omnia redundant abdimus nos quan-
tum licet et sepe soli sumus. Sed quia sic ab homini-
bus doctis accepimus non solum ex malis minima
oportere. Sed etiam excerpere ex his ipsis si quid
inesset boni propterea et otio fruor non illo quidem
quo debeat is qui condam peperisset otium
civitati. Nec eam solitudinem languere patior quam
mihi affert necessitas non voluntas. Et igitur
Affricanus maiorem laudem me vel meo iudi-
cio assequebatur. Nulla tamen eius ingenii mon-
umenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum
solitudinis munus extat. Ex quo intelligi debet
illum mentis agitatione investigatione earum
rerum quas cogitando consequebatur nec otio-
sum nec solum umquam fuisse. Nos autem qui non tantum
roboris habemus ut cogitatione a solitudine
abstrahamur ad hanc operam scribendi omne studium
curamque convertimus. Itaque plura brevi tempore eversa
quam multis annis stante republica scripsimus. Sed cum
tota philosophia mi Cicero frugifera et fructuosa nec
ulla pars eius inculta ac deserta sit tum nullus
feracior in ea locus est nec uberior quam de officiis a qui-
bus constanter honesteque vivendi precepta ducuntur.
Quare quamquam a Cratippo nostro principe huius me-
morie philosophorum hec te assidue audire atque acci-
pere confido tamen conducere arbitror talibus aures
tuas vocibus undique circumsonare nec eas si
fieri possit quicquam aliud audire. Quod cum omnibus
est faciendum qui vitam honestam ingredi cogi-
tant tum haud scio an nemini potius quam tibi. Su-
stines enim non parvam expectationem imitande indu-
strie nostre, magnam honorum, nonnullam fortasse no-
minis. Suscepisti onus preterea, et Athenarum
et Cratippi, ad quos cum tamquam ad mercaturam bonarum

acrem sit profectus munus reddere tepissimum est, de=
decorantem et urbis auctoritatem et magistri. Qua=
re quantum coniti animo potes, quantum labore contendere,
si discendi labor est potius quam voluntas, tam facies
ut efficias, ne commitas ut cum omnia suppe=
ditata sint a nobis tute tibi defuisse videare. Sed hec
hactenus. Multa enim sepe ad te cohortandi gracia
scripsimus; nunc ad reliquam partem propositae divi=
sionis revertamur.

Panetius igitur qui sine controversia de officiis ac=
curatissime disputavit, quemque nos cor=
rectione quadam adhibita potissimum secuti
sumus, tribus generibus propositis, in quibus deliberar=
re homines et consultare de officio solent, uno
cum dubitarent honestumne id esset de quo agetur an
turpe, altero utilene esset an inutile, tercio si id
quod speciem haberet honesti pugnaret cum eo quod uti=
le videretur, quomodo ea discerni oporteret, de duobus
generibus primis tribus libris explicavit, de
tercio autem genere deinceps se scripsit dicturum, nec
exsolvit id quod promiserat. Quod eo magis miror
quia Possidonio breviter esse tractatum in quibusdam com=
mentariis, presertim cum scribat nullum esse locum
in philosophia tam necessarium. Minime vero assentior his
qui negant eum locum a Panetio pretermissum, sed con=
sulto relictum, nec omnino scribendum quia numquam posset
utilitas cum honestate pugnare. De quo alterum
potest habere dubitationem adhibendumne fuerit hoc
genus, quod in divisione Panetii tercium est, an pla=
ne omittendum, alterum dubitari non potest, quin a Pa=
netio susceptum sit, sed relictum. Nam qui e divisione
tripartita duas partes absolverit, huic necesse est re=
stare terciam, preterea in extremo libro tercio de hac
parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit
eodem testis locuples Possidonius, qui eciam scribit
in quadam epistola Publium Rutilium Ruffum
dicere solere, qui Panetium audierat, ut nemo
pictor esset inventus qui Veneris eam partem, quam
Apelles inchoatam reliquisset, absolveret, oris enim
pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat,

Sed ea que panetius pretermisisset persequi eorum qui per-
fecissent prestanciam / neminem esse persecutum. Quamob-
rem de iudicio panetij dubitari non potest. Recte-
ne autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium
adiunxerit / an secus de eo fortasse disputari potest. Nam
sive honestum solum bonum est / quemadmodum
peripateticis vestris videtur / ut omnia ex altera parte
collocata vix minimi momenti instar habeant / du-
bitandum non est quin numquam possit utilitas cum
honestate contendere. Itaque Socratem accepimus
solitum execrari eos / qui primum hec natura opi-
nione distraxissent / cui quidem ita sunt Stoici
assensi / ut quicquid honestum esset id utile esse cen-
serent / nec utile quicquam quod non honestum. Quod si is
esset panetius / qui virtutem propterea colendam di-
ceret. quod ea efficiens utilitatis esset / ut hii qui
res expetendas / vel voluptate / vel indolentia
metiuntur / liceret ei dicere honestatem aliquando cum
utilitate pugnare / Sed cum sit is qui solum id bo-
num iudicet quod honestum sit / que autem huic repu-
gnet specie quadam utilitatis eorum / neque acces-
sione meliorem vitam fieri / nec decessione peio-
rem non videtur eiusmodi debuisse deliberacionem
introducere / in qua quod utile videtur cum eo quod
honestum est comparetur. Etenim quod summum bo-
num a Stoicis dicitur convenienter nature vivere
id habet ut opinor hanc sententiam cum virtute con-
gruere semper / cetera autem que secundum naturam essent ita
legere / si ea virtuti non repugnarent. Quod cum ita
sit putant quidam hanc comparacionem non recte in-
troductam / nec omnino de eo genere quicquam precipiendum
fuisse. Atque illud quidem honestum quod proprie vere-
que dicitur id in sapientibus est solis. Neque a vir-
tute divelli umquam potest. In hiis autem in quibus
sapientia perfecta non est / ipsum illud quidem perfectum
honestum nullo modo similitudines honesti esse possunt /
hec enim omnia officia / de quibus hiis libris di-
sputavimus media Stoici appellant / ea communia
sunt / et late patent / que et ingenij bonitate
multi assequuntur / et progressione discendi. Illud

aut officium quod rectum idem appellant perfectum atque
absolutum est / et ut idem dicunt omnes numeros ha-
bet / nec preter sapientem cadere in quemquam potest. Cum
autem aliquid actum est / in quo media officia compa-
rantur id cumulate videtur esse perfectum / propterea
quod vulgus quid absit a perfecto fere non ex toto non
intelligit / quatenus autem intelligit / nihil putat pre-
termissum. Quod autem in poematibus / in picturis
usu venit / in aliisque aliis quam pluribus
ut delectentur imperiti / laudentque ea que lauda-
da non sint ob eam credo causam quod insit in hiis a-
liquid probi quod capiat ignaros qui idem quid in una-
quaque re vitii sit / nequeant iudicare / Itaque cum
sint docti a peritis / desistunt facile a sententia / Hec
igitur officia de quibus hiis libris disserimus
quasi secunda quedam honesta dicunt esse non sa-
pientum modo propria / sed cum omni hominum genere communia
Ita quod hii omnes in quibus est virtutis indoles
commoventur / Nec vero cum duo Decii / aut duo
Scipiones fortes viri commemorantur / aut cum
Fabricius / aut cum Aristides iustus nominatur a
ab illis fortitudinis / aut ab hiis iusticie tam-
quam a sapiente petitur exemplum / nemo enim horum sic
sapiens ut sapientem volumus intelligi / Nec
hii qui sapientes habiti et nominati / M. Cato et
C. Lelius sapientes fuerunt / Nec illi quidem
Septem / sed ex mediorum officiorum frequentia / si-
militudinem quandam gerebant / speciemque sapien-
tum Quocirca nec id quod vere honestum est fas
est cum utilitatis repugnantia comparare / Nec id quod
communiter appellamus honestum / quod colitur ab hiis qui
bonos se viros haberi volunt / cum emolumentis
umquam est comparandum Tamque id honestum / quod
in nostram intelligentiam cadit tuendum / conserva-
dum que est nobis / quam illud quod proprie dicitur /
vereque est honestum sapientibus / aliter enim te-
neri non potest / si qua ad virtutem est facta
progressio Sed hec quidem de hiis que conserva-
cione officiorum existimantur boni / qui autem omnia
metiuntur emolumentis et commodis / neque ea

volunt ponderari honestate / hij solent in deli-
berando honestum cum eo qd' utile putant comparare
boni viri non solent / Itaque existimo Panetium
cum dixit homines sole in hac comparatione dubitare
hoc ipsum sensisse / qd dixerit solere / modo non esset
oporte. Etenim non modo pluris putare qd utile
videatur / quam qd honestum / sed hoc etiam inter
se comparare / et in hijs ad dubitare turpissi-
mum est / Quid ergo est qd nonnunquam ad dubi-
tationem afferre soleat considerandum quod videtur /
Credo si quando dubitatio accidit / quale sit id de
quo consideratur. Sepe enim tempore fit / ut qd
plerumque turpe haberi soleat inveniatur non
esse turpe Exempli causa / ponatur aliqd qd
pateat latius qd potest maius esse scelus quam
non modo hominem / sed etiam familiarem hominem
occidere / non igitur se astrinxit scelere / si quis ti-
rannum occidit / quamvis familiarem ipso qd roma-
no non videtur / qui ex omnibus preclaris factis il-
lud pulcherrimum existimat / Vicit igitur utilitas ho-
nestatem / ymo vero honestas utilitatem secu-
ta est. Itaque ut sine ullo errore diiudicare pos-
simus / si quando cum illo qd honestum intelligimus
pugnare id videbitur qd appellamus utile /
formula quedam constituenda est. Quam si
sequemur in comparatione rerum ab officio nunquam
recedimus / Erit autem hec formula Stoicorum
romani discipline / que maxime consentanea /
Quam quidem hijs libris propterea sequimur quod
comparatione quamquam a veteribus achademicis / et a
peripateticis nostris / qui quondam idem erant / qui
achademici / que honesta sunt anteponuntur hijs
que videntur utilia tamen splendidius hec ab
eis disseruntur / quibus quicquid honestum est idem
utile videtur / nec utile quicquam qd non hone-
stum / quam ab eis / quibus et honestum aliquid non uti-
le aut utile non honestum / Nobis autem nostra
achademia magnam licentiam dat / ut quodcun-
que maxime probabile occurrat id nostro iure liceat
defendere. Sed redeo ad formulam detrahere

igitur aliquid alteri et hominem hominis incommodo suum
augere commodum magis est contra naturam quam mors
quam paupertas / quam dolor quam cetera que possunt aut
corpori accidere aut rebus externis / Nam principio
tollit convictum humanum et societatem / si enim sic
erimus affecti ut propter suum quisque emolumentum spo-
liet aut violet alterum dirumpi necesse est eam / que
maxime est secundum naturam humani generis societatem /
ut si unumquodque membrum sensum hunc haberet / ut pos-
se putaret se valere / si proximi membri valitu-
dinem ad se traduxisset debilitari et interire totum
corpus necesse est / sic si unusquisque nostrum ad
se rapiat commoda aliorum / detrahat quod cuique pos-
sit sui emolumenti gratia societas evertatur /
et civitas hominum necesse est / Nam ut sibi quisque ma-
lit quod ad usum vite pertineat quam alteri acquirere con-
cessum est non repugnante natura / illud natura
non patitur ut aliorum spoliis facultates nostras
augeamus / Neque vero hoc solum natura idem iure
gentium sed etiam legibus populorum quibus in singu-
lis civitatibus respublica continetur eodem modo
constitutum est / ut non liceat sui commodi causa no-
cere alteri / hoc enim spectant leges / et hoc volunt
incolumem esse civium coniunctionem quam qui dirimunt
eos morte exilio vinculis damno coercent atque
hoc multo magis efficit ipsa nature ratio / que est lex
divina et humana cui parere qui velit / omnes
autem parebunt / qui secundum naturam volunt vivere
numquam committet ut alienum appetat / et id quod alteri
detraxerit sibi assumat / Etenim multo magis est secundum
naturam excelsitas animi et magnitudo / Itemque comi-
tas iusticie / liberalitas quam voluptas / quam vita /
quam divicie / que quidem contemnere / et pro
nichilo ducere comparantem cum utilitate communi
magni animi est et excelsi / Detrahere autem de altero
sui commodi causa / magis contra naturam quam mors / quam do-
lor / quam cetera generis eiusdem / Itemque magis est secundum
naturam pro omnibus gentibus si fieri possit conservandis /
aut iuvandis / maximos labores molestiasque
suscipere / imitantem Herculem illum quem hominum

fama beneficentia memor in celum col-
locavit / quam vivere in solitudine / non modo sine ullis
molestiis. sed etiam in maximis voluptatibus ab-
undantem omnibus copiis ut excellas etiam pulchri-
tudine et viribus. Quocirca optimo quisque et splen-
didissimo ingenio / longe illam vitam huic antepo-
nit / Ex quo efficitur hominem nature obedientem /
homini nocere non posse / Deinde qui alterum violat /
ut ipse aliquid comodi consequatur / aut nichil
existimat se facere contra naturam / aut magis fu-
giendam censet mortem paupertatem dolorem
amissionem etiam liberorum / propinquorum / amicorum / quam
facere cuique iniuriam / Si nichil existimat contra
naturam fieri in hominibus violandis. quid cum eo disse-
ras qui / omnino hominem ex homine tollat / Sin fu-
giendum id quidem censet / sed multo illa peiora /
mortem / paupertatem / dolorem / errat in eo quod nullum /
aut corpus / aut fortune vicium / viciis animi
gravius existimat. Ergo unum debet esse omnibus
propositum / ut eadem sit utilitas uniuscuiusque / et
universorum / quam si quisque ad se rapiet / dissol-
vetur omnis humana consortio / Atque etiam si hoc
natura prescribit / ut homo homini quicumque sit ob
eam causam / quod is homo sit / consultum velit necesse
secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem /
Quod si ita est una continemur omnes et eadem
lege nature / idque ipsum si ita est certe violare
alterum nature lege prohibemur / Verum autem primum /
Verum igitur extremum. Nam illud quidem absurdum est /
quod quidam dicunt parenti se aut fratri nil det-
racturos sui comodi causa / aliam rationem esse civium
reliquorum / Hii sibi nichil iuris nullam socie-
tatem communis utilitatis causa / statuunt esse cum
civibus. que sententia omnem societatem distra-
hit civitatis. Qui autem rationem civium dicunt
habendam externorum negant / hii dirimunt / communem
humani generis societatem / qua sublata / beneficentia /
liberalitas / bonitas / iusticia tollitur / que qui
tollunt etiam adversus deos immortales impii iudi-
candi sunt / ab hiis enim constituta inter homines

Societatem autem humane societatis vinculum /
artissimum est / arbitrari magis est contra naturam
hominem homini detrahere sui commodi causa / quam
omnia incommoda subire vel externa vel corporis vel
etiam ipsius animi que vacent iusticia / Hec enim una
virtus omnium est domina et regina virtutum / Forsi-
tan quispiam dixerit / nonne igitur sapiens / si fame
ipse conficiatur abstulerit cibum alteri homini ad
nullam rem utilem / Minime vero non enim mihi est vita
mea utilior quam animi talis affectio / neminem ut
violem commodi mei gratia / Quid si phalarim cru-
delem tyrannum et immanem / vir bonus ne
ipse frigore conficiatur vestitu spoliare possit
nonne faciat / Hec ad iudicandum sunt facillima /
Nam si quid ab homine ad nullam partem utili utilitatis
causa tue detraxeris / inhumane feceris / contra quam nature
legem / Sin autem id non est eiusmodi sunt cui-
que incommodum ferendum est / potius quam de alterius
commodis detrahendum / Non enim magis est contra
naturam morbus / aut egestas / et quod eiusmodi quam
detractio atque appetitio alieni / sed communis uti-
litatis derelictio contra naturam est. Est enim iniusta
Itaque lex ipsa nature que utilitatem hominum conser-
vat et continet decernit profecto ut ab homine
atque inutili / ad sapientem bonum fortem vi-
rum transferantur res ad vivendum necessarie / qui
si occiderit multum de communi utilitate detraxe-
rit / modo hoc ita faciet / ut ne ipse de se bene
existimans / seseque diligens hanc causam
habeat ad iniuriam / Itaque semper officio funge-
tur utilitati consulens hominum et ei quam
sepe commemoro humane societati / Nam quod ad
phalarim attinet perfacile iudicium est / Nul-
la est enim societas nobis cum tyrannis / sed
potius summa detractio / neque est contra naturam
spoliare eum si possis / quem honestum est necare
atque hoc omne genus pestiferum / ac impium
ex hominum communitate exterminandum est / Etenim
ut membra quedam amputantur si et ipsa sangui-
ne et tamquam spiritu carere ceperunt / et nocent reliquis

pluribus corporis sic ista in figura hominis feritas
et immanitas beluae a communi tamquam humanitate corporis
segreganda est. Huius generis questiones sunt
omnes hae in quibus ex tempore officium exquiritur. Eius-
modi igitur credo res Panetium persecuturum fuisse
nisi aliquis casus aut occupatio consilium eius pere-
misset. Ad quas ipsas consultationes ex superioribus
libris satis multa precepta sunt quibus perspici
possit quid sit propter turpitudinem fugiendum,
quid idcirco fugiendum non sit quia omnino turpe
non sit.

Sed quoniam operi inchoato prope tamen absoluto
tamquam fastigium imponimus, ut geome-
tre solent non omnia docere sed po-
stulare ut quedam sibi concedantur quo facilius
que velint explicent, sic ego a te postulo ut mihi
concedas si potes nihil preter id quod honestum sit
esse propter se expetendum. Sin hoc non licet per Cra-
tippum, aut illud certe dabis quod honestum sit id
esse maxime propter se expetendum. Mihi utrumvis
satis est et tum hoc tum illud probabilius videtur nec
preterea quicquam probabile. Ac primum in hoc Pa-
netius defendendus est quod non utilia cum hone-
stis pugnare dixit aliquando posse, neque enim ei phas
erat, sed ea que viderentur utilia. Nichil vero
utile quod non idem honestum nec honestum quod non
idem utile sit sepe testatur, negat quod ullam pe-
stem maiorem in vitam hominum invasisse quam eorum
opinionem qui ista detraxerit. Itaque non ut ali-
quando anteponeremus utilia honestis, sed ut ea sine
errore diiudicaremus si quando incidissent, induxit
eam que videretur esse non que esset repugnan-
tiam. Hanc igitur partem relictam explebimus
nullis adminiculis sed ut dicitur Marte nostro. Ne-
que enim quicquam de hac parte post Panetium expli-
catum est quod quidem mihi probaretur de hiis que in manus
meas venerint. Cum igitur aliqua species utilita-
tis obiecta est commoveri necesse est, sed si cum
animum attenderis turpitudinem videas adiunctam
ei rei que speciem utilitatis attulerit, tunc utilitas

non querenda est, sed intelligendum ubi turpitu-
do sit, ibi utilitatem esse non posse. Et si nichil
est tam contra naturam quam turpitudo, recta enim convenien-
tia et constancia natura desiderat, aspernaturque contraria,
nichilque tam secundum naturam quam utilitas, certe in eadem
re utilitas et turpitudo esse non potest. Itemque si ad ho-
nestatem nati sumus eaque aut sola expetenda est
ut Zenoni visum est, aut certe omni pondere gravi-
or est habenda quam reliqua omnia, quod Aristoteli
placet, necesse est quod honestum sit, id esse aut solum
aut summum bonum, quod autem bonum, id certe utile
est, ita quicquid honestum id utile. Quare error
hominum non proborum cum aliquid quod visum est utile
arripuit, id continuo secernit ab honesto. Hinc se-
ce venena, hinc falsa testamenta nascuntur,
hinc furta, peculatus, expilationes, direpcio-
nesque sociorum et civium, hinc opum nimiarum poten-
cie non ferende, postremo etiam in liberis ci-
vitatibus regnandi existunt cupiditates, qui-
bus nichil nec tetrius nec fedius excogitari potest.
Emolumenta enim rerum fallacibus iudiciis
vident, penam non dico legum quam sepe perru-
punt, sed ipsius turpitudinis, que acerbissima est,
non vident. Quamobrem hoc quidem deliberan-
tium genus pellatur e medio. Est enim totum
sceleratum et impium qui deliberant utrum id se-
quatur quod honestum esse videat, an se scien-
tes scelere contaminent. In ipsa enim dubitacio-
ne facinus inest etiam si ad id non pervenerint.
Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est
turpis ipsa deliberacio. Atque etiam ex omni deliberacione
celandi et occultandi spes opinioque revo-
canda est. Satis enim nobis, si modo in philosophia ali-
quid profecimus, persuasum esse debet, si omnes
deos hominesque celare possimus, nichil tamen
avare, nichil iniuste, nichil libidinose, nichil
incontinenter esse faciendum. Hinc ille Giges
inducitur a Platone qui cum terra discessisset
magnis quibusdam ymbribus in illum hiatum
descendit, eneumque ut ferunt fabule

Animadvertit equum in lateribus fores essent quibus
apertis corpus hominis mortui vidit magnitu-
dine invisitata anulumque aureum in digito quem
ut detraxit ipse induit / Erat autem regius pastor
tum in concilium se pastorum recepit / Ibi cum palam
eius anuli ad palmam converterat a nullo vi-
debatur ipse autem omnia videbat idem rursus vi-
debatur cum in locum anulum converterat Ita-
que hac oportunitate anuli usus regine stu-
prum intulit / eaque adiutrice regem dominum su-
um interemit / sustulit que quos arbitrabatur
obstare nec in his facinoribus eum quisquam po-
tuit videre / sic itaque anuli beneficio rex
exortus est lidie / Hunc igitur anulum ipsum
si habeat sapiens nichil plus sibi licere putet /
peccare quam si non haberet / honesta enim viris
bonis non occulta queruntur Atque hoc loco
philosophi quidam minime mali illi / quidem sed non sa-
tis acuti fictam et commenticiam fabulam prolatam
dicunt a platone / quasi non ille aut factum id
esse / aut fieri potuisse defendat / Hec est
enim vis huius anuli et huius exempli / Si
nemo sciturus / nemo ne suspicaturus quidem
sit cum aliquid divitiarum / potentie dominationis libi-
dinis causa feceris / si id dijs hominibusque fu-
turum sit semper ignotum sis ne facturus / Ne-
gant id fieri posse / quamquam potest id quidem / sed quero
quod negant posse / id si possent quid nam facerent /
Urgent rustice sane / negant enim posse / et
in eo perstant / hoc verbum quod valeat non vi-
dent / Cum enim querimus si possent celare /
quid facturi sint non querimus possint ne ce-
lare / sed tamquam tormenta quedam adhibemus /
ut si responderint se impunitate proposita factu-
ros quod expediat / facinorosos se esse fatean-
tur / si negent omnia turpia per se ipsa fugien-
da esse concedant Sed iam ad propositum reverta-
mur Incidunt sepe multe cause que conturbant
animos utilitatis specie / non cum hoc deliberetur
relinquenda ne sit honestas propter utilitatis

magnitudinem / non id quod improbum est. sed illud possit
ne id quod utile videatur fieri non oportere / Cum collati-
no college brutus imperium abrogabat poterat videri
facere id iniuste fuerat enim in regibus expellendis
socius bruti consiliorum et adiutor / Cum autem con-
silium hoc principes cepissent cognationem superbi no-
men tarquiniorum et memoriam regni esse tollendam
quod erat utile patrie consulere id erat ita honestum /
ut etiam ipsi colatino placere debet / Itaque valuit
utilitas propter honestatem / sine qua ne utilitas
esse potuisset / Atque in eo rege qui urbem condidit /
non idem species enim utilitatis pepulit animum eius /
cui cum visum esset utilius solum quam cum altero re-
gnare fratrem interemit / Omisit hic et pietatem
et humanitatem / ut quod utile videbatur neque
erat assequi posset / et tamen muri causa opposuit
speciem honestatis / nec probabilem / nec sane ydo-
neam peccavit igitur pace vel quirini vel romu-
li dixerim /

Nec tamen nobis nostre utilitates omitten-
de sunt aliisque tradende / cum his ipsi ege-
amus. sed cuique sue utilitati quod sine
alterius iniuria fiat / serviendum est. Scite crisippus
ut multa qui stadium inquit currit eniti / et contende-
re debet quam maxime possit ut vincat supplantare eum
qui cum certet / aut manu depellere nullo modo debet sic
in vita sibi quemque petere quod pertineat ad usum / non
iniquum est / alteri deripere ius non est /

Maxime autem perturbant officia in ami-
citiis quibus et non tribuere quod recte pos-
sis et tribuere quod non sit equum contra
officium est sed huius generis totius breve et non
difficile preceptum est / Que enim videntur uti-
lia honores / divicie voluptates cetera generis
eiusdem hec amicicie numquam anteponenda sunt /
At neque contra rem publicam neque contra iusiurandum
ac fidem amici causa vir bonus faciet / neque si
iudex quidem erit de ipso amico ponit enim personam
amici cum induit iudicis Tantum dabit amicicie
ut veram amici causam malit ut orande litis

tempus quo ad per leges liceat accomodet / Cum vero
iurato dicenda sententia sit meminerit se deum ad-
hibere testem id est ut ego arbitror mentem suam
qua nichil homini dedit ipse divinius / Itaque pre-
clarum a maioribus accepimus morem rogandi
iudicis si eum teneremus quod salva fide facere pos-
sit / Hec rogacio ad ea pertinet / que paulo ante
dixi honeste amico posse concedi / Nam si omnia
facienda sint / que amici velint non ami-
cicie tales sed coniuraciones putande sint / Loquor
autem de omnibus amiciciis nam in sapientibus
viris / perfectisque nichil potest esse tale / Damone
et Phyciam pitagoreos ferunt hoc animo
inter se fuisse ut cum eorum alteri dionisius tira-
nus diem necis destinasset et hic qui morti
addictus esset paucos sibi dies commendandorum suo-
rum causa postulavisset vas factus est alter
eius sistendi / ut si ille non revertisset morien-
dum esset sibi ipsi / qui cum ad diem se recepisset
admiratus eorum fidem tirannus peciit / ut
se in amiciciam tercium ascriberent / Cum igitur
id quod utile videtur in amicicia cum eo quod
honestum est comparatur / iaceat utilitatis species
valeat honestas / Cum autem in amicicia que
honesta non sunt postulabuntur religio et
fides anteponatur amicicie sic habebitur is quem ex-
quirimus delectus officij

Sed utilitatis specie in re publica sepissi-
me peccatur / ut in corinthi distur-
bacione nostri / durius eciam Athe-
nienses qui sciverunt ut egineris / qui clas-
se valebant pollices preciderentur / Hoc visum
est utile / nimis enim imminebat propter propin-
quitatem egine a pireo / Sed nichil quod crude-
le utile / Est enim hominum nature quam sequi de-
bemus maxime inimica crudelitas

Male etiam qui peregrinos urbibus uti
prohibent / eosque exterminant / ut pennus
apud patres nostros / papius nuper / nam
esse pro cive / qui civis non sit / rectum est

Licere quam legem tulere sapientissimi consu-
les Crassus et Scevola / usu vero urbis prohi-
bere peregrinos / sane inhumanum est. Illa preclara
in quibus publice utilitatis species pre honestate
contemnitur / plena exemplorum est nostra res pu-
blica cum sepe tum maxime bello punico secundo que Ca-
nensi calamitate accepta maiores animos habuit /
quam umquam secundis rebus / nulla timoris significa-
tio / nulla mentio pacis / tanta vis est hone-
sti ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cum
Persarum impetum nullo modo possent sustinere statue-
rent quod ut urbe relicta coniugibus et liberis
troezene depositis naves conscenderent / liberta-
temque grecie classe defenderent Cirsilum quendam
suadentem / ut in urbe permanerent / Xersemque
reciperent lapidibus obruerunt / Atque ille utili-
tatem sequi videbatur / sed ea nulla erat / re-
pugnante honestate / Themistocles post victori-
am eius belli quod cum persis fuit / dixit in contione
se habere consilium rei publice salutare / sed id sciri non
opus esse / postulavit ut aliquem populus da-
ret / quicum communicaret / datus est Aristides.
Huic ille classem lacedemoniorum opes necesse
esset. quod Aristides cum audisset in contione ma-
gna expectatione venit / dixit quod perutile esse
consilium quod Themistocles afferret / sed minime
honestum. Itaque Athenienses quod honestum
non esset id ne utile putarunt / totamque eam
rem quam ne audierat / quidem auctore Ari-
stide / repudiaverunt / Melius hi quam nos qui
piratas immunes / socios vectigales habemus /
Maneat ergo quod turpe sit calamitosum est. Sed
incidunt sepe cause / ut dixi cum repugnare
utilitas honestati videatur ut animadvertendum
sit / repugnet ne plane an possit cum hone-
state iungi. Eius generis hec sunt questiones
Exempli gratia vir bonus ab Alexandria profectus
Rhodum magnum frumenti numerum advexit in
rhodiorum inopia et fame / summaque anno-
ne caritate si idem sciat complures mercatores

Alexandria solvisse / navesque in cursu frumento
onustas petentes rhodum viderit dicturusne
sit id rodiis / an silencio suum quam plurimo vere
dicturus: Sapientem et bonum virum fingimus de
deliberatione et consultatione querimus qui cela-
turus rodios non sit si id turpe iudicet sed
dubitet an turpe sit. In huiusmodi causis ali-
ud diogeni babilonio videri solet magno et
gravi stoico. aliud antipatro omnia patefa-
cienda / ut ne quid omnino quod venditor norit em-
ptor ignoret / diogeni venditorem / quatenus
iure civili constitutum sit dicere vicia oportere ceteri
sine insidiis agere / et quoniam vendat velle quam opti-
me vendere. advexi / exposui / vendo meum non pluris
quam ceteri / fortasse etiam minoris cum maior est co-
pia / cui fit iniuria. Exoritur antipatri ratio
ex altera parte. Quid agis. tu cum hominibus consulere
debeas / ut servire humane societati / eaque lege
natus sis / et ea habeas principia nature / quibus
parere / et que sequi debeas ut utilitas tua communis
sit utilitas / vicissimque et communis utilitas tua sit /
celabis homines quid iis adsint commoditatis et
copie. Respondebit diogenes fortasse sic / aliud
est celare / aliud tacere / neque ego nunc te celo / si tibi
non dico / que natura deorum sit / quis sit finis bonorum / que
tibi plus prodessent cognita / quam tritici vilitas /
sed non quicquid audire tibi utile est / id mihi dicere necesse
est. si quidem meministi esse inter homines natura coniunc-
tam societatem / memini inquiet ille / sed num michi
ista societas talis est / ut nichil suum cuiusque
sit. Quod si ita est / ne vendendum quicquam est / sed do-
nandum. Vides in hac tota disceptatione / non
illud dici. Quamvis hoc turpe sit tamen quoniam expe-
dit faciam / sed ita expedire ut turpe non sit. ex
altera autem parte ea re quia turpe non sit non esse
faciendum. Vendat edes vir bonus propter ali-
qua vicia / que ipse norit / ceteri ignorent pestilen-
tes sint et habeantur salubres ignoretur in om-
nibus cubiculis apparere serpentes / male materiate /
ruinose sed hoc preter dominum sciet nemo. Quero

si hoc emptoribus venditor non dixit edes quas ven-
didit plus multo quam se venditurum putaret num
id iniuste aut improbe fecit? Ille improbe non
inquit Antipater. Quid enim est aliud erranti viam non
monstrare, quod Atheniensis execrationibus publicis ~~fac~~ sanctum
dum est, si hoc non est emptorem pati ruere, et
per errorem in maximam fraudem incurrere? plus etiam
est quam non monstrare; nam est scientem in errorem
alterum inducere. Diogenes contra num te emere
coegit, qui nec hortatus quidem est? Ille quod non pla-
cebat proscripsit, tu quod placebat emisti. Quod
si qui proscribunt villam bonam beneque edificatam
non existimantur fefellisse, etiam si illa nec edi-
ficata bene, multo minus qui domum non lau-
daret. Ubi enim iudicium emptoris est, ubi fraus
venditoris que potest esse? Sin autem dictum non
omne prestandum est, quod dictum non est id prestandum
putas? Quid vero stultius est quam venditorem eius
rei quam vendat vitia narrare. Quid autem tam
absurdum quam si domini iussu ita preco predicet do-
mum pestilentem vendo. Sic ergo in quibusdam
causis dubiis ex altera parte defenditur honestas,
ex altera ita de utilitate dicitur, ut id quod utile vi-
deatur non modo facere honestum sit, sed etiam
non facere turpe. Hec est illa que videtur uti-
lium fieri cum honestis sepe dissensio, que
diiudicanda sit; non enim ut quereremus expo-
suimus, sed ut explicaremus. Non igitur
videtur nec frumentarius ille Rhodius nec
hic venditor edium celare emptores debuisse.
Neque enim id est celare quicquid reticeas, sed cum
quod tu scias id ignorare emolumenti tui causa
velis eos quorum intersit hoc scire. Hoc autem
celandi genus quale sit et cuius hominis, quis
non videtur? Certe non aperti, non simplicis,
non ingenui, non iusti, non viri boni, versuti
potius obscuri astuti fallacis malitiosi ve-
teratoris vafri. Hec tot et alia plura nonne
inutile est vitiorum subire nomina? Quod si vi-
tuperandi qui reticuerunt, quid de hiis existimandum

est · qui in oracionibus vanitatem adhibuerunt ·
Gayus Canius eques romanus nec infacetus
et satis litteratus / cum se Siracusas ociandi ut ipse
dicere solebat / non negociandi causa contulisset
dictabat se ortulos aliquos emere velle / quo
invitare amicos posset / et ubi se oblectare sine
interpellatoribus posset · Quod cum percrebuisset
Pithius ei / quidam qui argentariam faceret Sira-
cusis venales quidem ortos non habere / sed licere
uti Canio si vellet ut suis est · Et simul ad ce-
nam hominem in ortos invitavit in posterum diem
cum ille promisisset / tum Publius qui esset ut
argentarius apud omnes ordines graciosus pi-
scatores ad se convocavit / et ab hiis petivit
ut ante suos ortulos postera die piscarentur /
dixitque quid eos facere vellet / Ad cenam venit /
Canius tempori opipare a Phitio apparatum con-
vivium cumbarum ante oculos multitudo / pro se quisque
quod ceperat / afferebat / ante pedes Pithii pisces abi-
ciebantur · Tum Canius quaeso inquit quid est hoc
Pithi · tantumne piscium · tantumne cimbarum
Et ille quid mirum est inquit · hoc loco est
Siracusis / quicquid est piscium hic aquatio hac
villa isti carere non possunt / Incensus Canius
cupiditate contendit a Pithio / ut venderet ·
gravate ille primo / quid multa impetrat · Emit
homo cupidus / et locuplex tanti quanti Pithius
voluit / et emit instructos · nomina facit / nego-
cium conficit / et invitat Canius postera die fa-
miliares suos / venit ipse mature · scalmum nul-
lum vidit · querit ex proximo vicino / num feriae
quaedam piscatorum essent / quod eos nullos videret /
nulle quod sciam inquit · Sed hic piscari nulli
solent / Itaque heri mirabar quid accidisset · Sto-
machari Canius / sed quid faceret / Nondum enim Aquilius
collega et familiaris meus protulerat de do-
lo malo formulas in quibus ipsis / cum ex eo
quereretur · quid esset dolus malus respondebat
cum esset aliud simulatum / aliud actum · hoc quidem
sane luculente / ut ab homine perito diffiniendi

Ergo et pythius et omnes aliud agentes aliud simulan:
tes / perfidi / improbi / maliciosi / Nullum igitur eorum
factum potest esse utile / cum sit tot viciis inquinatum /
Quod si aquiliana diffinicio vera est ex omni
vita simulatio dissimulatioque tollenda est / Ita
nec ut emat melius nec ut vendat quicquam sim:
ulabit / aut dissimulabit vir bonus / Atque
iste dolus malus et legibus erat vendicatus / ut
tutela xii tabulis / Circumscriptio adolescentum lege
latoria · et sine lege iudiciis in quibus additur ex
fide bona / Reliquorum autem iudiciorum hec verba
maxime excellunt in arbitrio rei uxorie melius
equius / In fiducia ut inter bonos bene agier /
Quid ergo aut in eo quod melius equius potest ulla
pars inesse fraudis / aut cum dicitur inter bonos bene
agier quicquam agi maliciose / aut dolose potest / Do:
lus autem malus in simulacione ut ait aquilius
continetur / Tollendum est igitur ex rebus contrahendis
omne mendacium ~~opponet · uterque si ad loquendum~~
non licitatorem venditor / nec qui contra se liceatur
emptor opponet · Uterque si ad loquendum venerit non plus
quam semel eloquetur / Quintus quidem scevola
publii filius cum postulasset / ut sibi fundus cuius
emptor erat semel indicaretur / idque venditor
ita fecisset / dixit se pluris extimare / addidit
centum milia / nemo est qui hoc viri boni fuisse
neget / sapientis negant ut si minoris quam po:
tuisset vendidisset / Hec igitur est illa pernici:
es / quod alios bonos · alios sapientes existimant /
Ex quo Ennius · nequicquam sapere sapientem qui ipse
sibi prodesse non quiret / Vere id quidem si quid
esset prodesse mihi cum Ennio conveniret / Hecca:
tonem quidem rhodium discipulum panecii
video in hiis libris / quos de officiis scri:
psit · Q · Tuberoni dicere sapientis esse nichil
contra mores / leges instituta facientem habere
racionem rei familiaris / Neque enim solum nobis
divites esse volumus / sed liberis propinquis ami:
cis / maximeque rei publice / Singulorum enim facul:
tates et copie divicie / sunt civitatis / Sunt

Sceuole factum de quo paulo ante dixi placere nullo
modo potest. Et enim omnino tantum se negat facturum com-
pendii sui causa quod non liceat. huic nec laus
magna tribuenda nec gratia est. Sed sive simula-
cio et dissimulatio malus dolus est perpauce
res sunt in quibus non malus dolus iste versetur
sive vir bonus est is qui prodest quibus potest ne-
mini nocet recte iustum virum bonum non facile
reperiemus. Numquam igitur utile peccare quia semper
est turpe et quia semper est honestum virum bonum esse
semper utile est.

Ac de iure quidem prediorum sanctum est apud
nos iure civili ut in hiis vendendis
vicia dicerentur que nota essent ~~lingua~~
venditori. Nam cum ex xii tabulis satis esset ea
prestari que essent lingwa nuncupata. que qui in-
ficiatus esset ea prestare dupli pena subiret
a iuris consultis etiam reticencie pena est constitu-
ta. Quicquid enim est in predio vicii id statuerunt
si venditor sciret nisi nominatim dictum esset presta-
ri oportere. Ut cum in arce augures augurii-
um acturi essent iussissent que Titum Claudium
Centumalum qui edes in celio monte habebat de-
moliri eas quarum altitudo officeret auspiciis
Claudius proscripsit insulam vendidit emit Pu-
blius Calphurnius Lanarius. Huic ab augu-
ribus illud idem denunciatum est. Itaque Calphurni-
us cum demolitus esset cognovisset que Claudium
edes postea proscripsisse quam esset ab auguribus de-
moliri iussus arbitrum illum adegit ut qui
cquid sibi daret facere oporteret ex fide bona
Marcus Catho sententiam dixit huius nostri Ca-
tonis pater. ut enim ceteri ex patribus sic hic qui il-
lud lumen progenuit ex filio est nominandus. Is
igitur iudex ita pronunciavit cum in vendendo
rem eam scisset et non pronunciasset emptori da-
mnum prestari oportere. Ergo ad fidem bonam
statuit pertinere notum esse emptori vicium quod no-
sset venditor. Quod si recte iudicavit non
recte frumentarius ille non recte edium pestilencium

venditor tacuit · Sz huiusmodi reticere iure ci-
vili cophendi non put diligent' tenetur q Mar-
cus claudius Gratidianus ppinquus nr Maio
Sergio orate vendiderat edes eas quas ab eo-
dem paucis an annis emerat / he Sergio servi-
ebat · Sz hoc i mancipio marius no dixat / addu-
cta res in iudiciu est / orata crassus Gratidi-
anu defendebat Antonius / Ius Crassus urge-
bat · qd' viciu venditor no dixiss · sciens id op-
tere pstari · equitatem antonius · qm id viciu
ignotu Sergio no fuisset / qui illas edes ven-
disset · nichil fuisse nec dici · nec eu ee decep-
tu qui qd emerat quo iure esset teneret q Quor-
sus hec / vt illud intelligas no placuisse ma-
ioribus nris astutos / sed alr leges / alr phi
tollunt astucias / leges quatenus manu tene put /
phi / quatenus racione et intelligencia / Racio
igit' postulat hoc ne qd insidiose ne quid simula-
te · ne qd fallaciter Est ne igit' insidie tende-
re plagas / qui si excitaturus no sis / nec agitaturus
Ipse em nullo in sequente sepe incidunt / Sic tu
edes pscribas / tanqm plagam ponas domu ppt'
vicia vendas in eam aliqs incurrat impru-
dens / hoc qmqm video ppter deprauacom consue-
tudinis neqz mori turpe haberi / neqz aut lege
sanciri aut iure ciuilium / tn nc lege sanciu
est q Societas em est · qd et si sepe dictu est /
dicendu est tn sepius latissime qde que pa-
teat omniu int' omnes / Interior eoz qui eiusdem
gentis sunt / ppior eoz qui sunt eiusdem ciuitatis /
Itaqz aliud ius gentium aliud ius ciuile esse
voluerunt / qd ciuile non idem continuo gen-
tium / qd aut' gentium id ciuile debet esse q
Sz nos veri iuris germaneqz iusticie solidam et
expressam effigiem nullam tenemus / umbra et y-
maginibus vtimur / eas ipas vtinam sequemur ·
Feruntur enim ex optimis nature et veritatis exe-
plis q Nam quanti verba illa vti ne ppt' te · fidem
ve tuam captus fraudatusve sim · Quam illa au-
rea · int' bonos bn agier oportet / et sine frau-

dicione · Sed qui sint boni et quid sit bene agi · ma-
gna questio est / Quintus quidem Sceuola / pon-
tifex maximus summam vim esse dicebat in omni-
bus hiis arbitriis / in quibus adderetur ex fide bona /
fidei quoque bone nomen existimabat manare la-
tissime · idque versari in tutelis societatibus /
fiduciis / mandatis / rebus emptis venditis / con-
ductis / locatis · quibus vite societas contineretur /
In hiis magni esse iudicis statuere / presertim cum
in plerisque iudicia essent contraria · quid quemque cuique
prestare oporteret / Quocirca astucie tollende
sunt · eaque malitia que volt illa videri se
esse prudentiam · sed abest ab ea / distatque plurimum
prudentia est enim locata in delectu bonorum et
malorum / malicia / si omnia que turpia sunt ma-
la sint / mala bonis ponit ante · Nec vero in
prediis solum ius ciuile ductum a natura / malici-
am fraudemque vindicat / sed etiam in mancipiorum ven-
dicione fraus omnis excluditur · Qui enim sci-
re debuit de sanitate / de fuga / de furtis /
prestat edicto edilium · Heredum alia causa est /
Ex quo intelligitur quoniam iuris natura fons sit
hoc secundum naturam esse neminem id agere · ut
ex alterius predetur inscitia / nec ulla pernicies
vite maior inveniri potest / quam in malicia si-
mulatio intelligentie / Ex quo ista innumerabilia
nascuntur / ut utilia cum honestis pugnare
videantur / Quotus enim quisque reperietur qui
impunitate et ignoratione omnium proposita ab-
stinere possit iniuriam / periclitemur si
placet in hiis quidem exemplis in quibus peccari
vulgus hominum fortasse non putat / Neque
enim de sicariis veneficis / testamentariis / fu-
ribus · peculatoribus / hoc loco disserendum
est · qui non verbis sunt · et disputatione philosophorum /
sed vinculis et carcere castigandi / Sed hec
consideremus que faciunt hii qui habentur
boni / Lucii Minucii Basili locupletis ho-
minis falsum testamentum quidam e grecia romam
attulerunt · Quod quo facilius obtinerent scripserunt

heredes scripti / M. Crasso et Q. Hortensio civi-
tatis eiusdem hominibus potentissimis / qui cum illud
falsum suspicarentur / sibi autem nullius essent conscii
culpe alieni facinoris munusculum non repudiarunt
Quid ergo / satin est hoc / ut non deliquisse videantur /
Michi quidem non videtur / quamquam alterum vivum a-
mavi alterum non odi mortuum. Sed cum Basi-
lius M. Satrium sororis filium / nomen suum fer-
re vellet / eumque fecisset heredem / hunc dico patro-
num agri Piceni et Sabini o turpem notam tempo-
rum illorum / non erat equum principes civis rem habere /
et ad Satrium nichil preter nomen pervenir-
e. Etenim si is qui non defendit iniuriam neque
propulsat a suis cum potest iniuste facit / ut in pri-
mo libro disserui / qualis habendus est qui
non modo non repellit / sed etiam adiuvat iniuriam
Michi quidem etiam vere hereditates non honeste
videntur si sunt / malitiosis blanditiis / officiorum non
veritate / sed simulatione quesite. Atque in talibus in re-
bus aliud interdum utile / aliud honestum videri so-
let falso. Nam eadem utilitatis que honestatis
est regula. Qui hoc non perviderit ab hoc nul-
la fraus aberit / nullum facinus. Sic enim cogitans
est istud quidem honestum / verum hoc expedit / res a
natura copulatas audebit errore divellere / qui fons
est fraudium / maleficiorum / scelerum omnium.
Itaque si vir bonus habeat hanc vim / ut si digi-
tis concrepuerit possit in locupletum testamenta
eius nomen irrepere / hac vim non utatur / ne
si exploratum quidem habeat / id omnino neminem
umquam suspicaturum. At dares hanc vim M.
Crasso / ut digitorum percussione heres posset scriptus
esse / qui revera non esset heres / in foro cre-
de michi saltaret. Homo autem iustus / isque quem sen-
timus virum bonum esse / nichil cuiquam quod in se tran-
sferat detrahet / hoc qui admiratur is se quid sit
vir bonus nescire fateatur. At vero si quis
voluerit animi sui complicatam notionem evolver-
e iam se ipse doceat eum virum bonum esse / qui pro-
sit quibus possit / nemini noceat nisi lacessitus iniuria

¶ Quid ergo · hic nō ne noceat qui quodā q̄
veneno pficiat / vt veras hēdes moueat i eoꝝ
locū ipse succedat / Is nō igit̄ faciat dixit quis
qd̄ vtile sit qd̄ expediat / Imo intelligat ni-
chil nec expedire / nec vtile ēē / qd̄ sit in-
iustū / hoc qui nō didicerit bonus vir esse nō
potit ¶ fimbriā cōsularē audiebā de pre
puer iudicem / eū lucatio pinthie fuisse eq̄-
ti romano sane honesto cū is sponsionē
fecisset · nisi vir bonus esset / itaq; ei dixisse
fimbriā se illā rem tanq̄m iudicaturū / ne
aut spoliaret fama pbatū homīē si cōtra
iudicauisset / aut statuisse videtur virū bo-
nū esse aliq̄m cum ea res īnnumabilibꝰ offīcys
et laudibus cōtineatur / huic igit̄ viro bono
q̄ fimbria etiā nō mō socrates nouāt nl-
lomō videri pot̄ quicq̄ esse vtile qd̄ nō sit
honestū ¶ Itaq; vir talis nō mō facē sed
nec cogitare quicq̄m audebit qd̄ nō aude-
at pdicare / hoc nō ne turpe ē dubitare phōs
que nec rustici qd̄ dubitent a quibꝰ natū
est id qd̄ cōtritū est vetustate pverbiū ¶ Illi
eīm fidem alicuius bonitatemq; laudent dignū
esse dicunt / qui cū in tenebris mices / hoc
quā vim habet nisi illā / nichil expedire /
qd̄ non deceat etiam si id possis nullo refel-
lente obtinere ¶ Vides ne hoc proverbio ne-
q; Gigi illi posse veniam dari / neq; huic q̄
paulo an̄ fingebā digitorꝝ pcussione hedi-
tates oīm posse quertere / vt eīm qd̄ turpe
est / id q̄uis occultetur cū honestū fieri nul-
lo mō pot̄ sic qd̄ honestū nō est id vtile vt
sit effici non pot̄ / adūsante et repugnante
natura ¶ At eīm cū p̄ magna sit p̄mia ē cā
peccandi ¶ Gaius marius cū a spe consulatꝰ
longe abesset et septimū annū post pre-
turam iaceret neq; petiturus vnq̄m con-
sulatū videretur · Q · metellū cuius legatus
erat sūmū virū et ciuē cū abeo in patrie
sua romam missus esset apd̄ p̄plm romanū

criminatus est bellum illum ducere si se consulem fecis-
set / breui tempore aut viuum aut mortuum Iugur-
tam se in potestatem populi romani redacturum / Itaque fa-
ctus est ille quidem consul / sed a fide iusticiaque disces-
sit qui optimum et grauissimum ciuem cuius
legatus et a quo missus esset in inuidiam fal-
so crimine adduxit // Nec noster quidem Gratidianus
officio boni viri functus est tum cum pretor esset
collegiumque pretorium tribuni plebis adhibu-
issent / ut res nummaria de communi sententia constitue-
retur / Iactabatur enim temporibus illis nummus sic / ut
nemo posset scire quid haberet / Conscripserunt co-
muniter edictum cum pena atque iudicio / constitueruntque
ut omnes simul in rostra post meridiem desce-
derent // Et ceteri quidem alius alio / Marius a subsel-
liis in rostra recta // Idque quod communiter compositum
fuerat solus edixit // Et ea res si queris
magno honori fuit omnibus in vicis statue ad
eas thus et cerei // Quid multa // Nemo vn-
quam multitudini fuit carior // Hec sunt que
conturbent in deliberatione nonnunquam cum id in quo vio-
latur equitas / non ita magnum illud autem quod
ex eo paritur permagnum videtur / ut Mario pre-
ripere collegis et tribunis plebis / popularem graciam
non ita turpe / consulem ob eam rem fieri quod
sibi tum proposuerat valde vtile videbatur // Sed
omnium vna regula est / quam tibi cupio esse notis-
simam / aut illud quod vtile videbatur turpe
ne sit aut si turpe est / ne vtile esse videatur
// Quid igitur / possumus ne aut illum Marium
virum bonum iudicare atque hunc explica et
excute intelligenciam tuam // ut videas que sit
in ea species forma et notio viri boni // Cadit
ergo in virum bonum mentiri / criminari emolu-
menti sui causa / preripere / fallere / nichil pro-
fecto minus // Est ergo vlla res tanti / aut
commodum vllum tam expetendum ut viri bo-
ni et splendorem et nomen amittas // Quid
est quod afferre tantum vtilitas ista que dicitur / posset
quantum auferre si boni viri nomen eripuerit

fidem iusticiamque detraxerit? Quid interest utrum
ex homine se convertat quis in beluam aut in hominis
figura immanitatem gerat belue? Quid qui
omnia recta et honesta negligunt dummodo po-
tenciam consequantur, nonne id efficiunt quod
is qui etiam socerum voluit habere cuius ipse au-
dacia potens esset? Utile ei videbatur plu-
rimum posse alterius invidia, id quam iniustum in
patriam, et quam turpe, et quam inutile esset non
videbat. Ipse autem socer versus semper grecos de
phenissis in ore habebat, quos dicam ut po-
tero, incondite fortasse, sed tamen ut possit in-
telligi. Nam si violandum est ius regnandi
gratia violandum est, aliis rebus pietatem
colas. Capitalis Etheocles vel potius Eu-
ripides qui id unum quod omnium sceleratissimum
fuerat excepit? Quid igitur minuta colligi-
mus hereditates, mercaturas, vendiciones frau-
dulentas? Ecce tibi qui rex populi romani
dominusque omnium gencium concupivit, idque per-
fecit? Hanc cupiditatem si honestam quis
esse dicit amens est, probat legum et liberta-
tis interitum? Earumque oppressionem te-
tram et detestabilem gloriosam putat?
Qui autem fatetur honestum non esse in ea
civitate que libera fuit, queque esse debe-
at, regnare, sed ei qui id facere possit
esse utile, qua hunc obiurgacione aut
quo potius convicio a tanto errore conor evel-
lere? Potest enim dii immortales cuique esse uti-
le fedissimum et teterrimum parricidium pa-
trie, quamvis is qui se eo obstrinxerit ab oppres-
sis civibus parens nominetur? Honestate
igitur dirigenda utilitas est. Et quidem
sic ut hec duo verba inter se discrepare re
unum sonare videantur. Non habeo ad vulgi
opinionem. Que maior utilitas quam reg-
nandi esse possit? Nichil contra inutilius
ei qui id non iuste consecutus sit invenio
cum ad veritatem cepi revocare racionem

q Possunt enim cuiquam esse utiles angores sollicitudines
diurni et nocturni metus vita insidiarum periculorum
que plenissima? Multi iniqui atque infideles regno pau-
ci boni inquit Accius. At cui regno? quod a
Tantalo et Pelope proditum iure obtinebatur. Nam quanto
plures ei regi putas qui exercitu populi romani
ipsum populum romanum oppressisset civitatemque non modo
liberam sed etiam gentibus imperantem servire coegisset
Hunc tu quas conscientie labes in animo censes habuisse
que vulnera? Cuius autem vita ipsi potest utilis esse cum
eius vite ea condicio sit ut qui illam eripuerit
in maxima et gratia futurus sit et gloria? Quod si hec
utilia non sunt que maxime videntur quia plena sunt
dedecoris et turpitudinis satis persuasum esse debet
nichil esse utile quod non honestum sit. Quamquam id quidem cum
sepe alias tum pirri bello ac fabricio consule iterum
et a senatu nostro iudicatum est. Cum enim rex pir-
rhus populo romano bellum ultro intulisset cumque de
imperio certamen esset cum generoso rege ac potente per-
fuga ab eo venit in castra fabricii eique est polli-
citus si premium sibi proposuisset se ut clam veni-
sset sic clam in pirri castra rediturum et eum
veneno necaturum. Hunc fabricius reducendum cu-
ravit ad pirrum idque eius factum laudatum a se-
natu est. Atqui si speciem utilitatis opinionemque que-
rimus magnum illud bellum perfuga unus et gravem
adversarium imperii sustulisset. Sed magnum de-
decus et flagitium quicum laudis certamen fuisset
eum non virtute sed scelere superatum. Utrum igitur uti-
lius vel fabricio qui talis in hac urbe qualis
Aristides athenis fuit vel senatui nostro qui num-
quam utilitatem a dignitate seiunxit armis cum ho-
ste certare an venenis? Si gloria causa imperium ex-
petendum est scelus absit in quo non potest esse
gloria. Sin ipse opes expetuntur quoquo modo non
poterunt esse utiles cum infamia. Non igitur
utilis illa L. Philippi Q. filii sententia quas
civitates L. Sulla pecunia accepta ex senatus
consulto liberavisset ut hec rursus vectigales
essent neque iis pecuniam quam pro libertate dederant

reddĕmq / Et senatꝰ ē assensꝰ / tꝑe imꝑio ꝑi-
ratoꝝ eñ melior fides q̃ senatꝰ ꝗ / At adau-
cta vectigalia vtile igr̃ quousqȝ audebut
dicẽ q̃cq̃ vtile qd̓ nõ honestũ / pot at̃ ulli im-
pio · qđ gl̃ia debȝ fultũ ẽẽ / et beniuolẽtia
socioꝝ vtile ẽẽ odiũ et īfamia ꝗ Ego q̄ cũ
katone meo sepe dissẽsi / nimis mi pfracte vi-
debat̃ erariũ vectigalia qȝ defedẽ / oĩa pb-
licanis negaẽ multa socijs / cũ in hos bn̄fici ẽẽ
deberemq / cũ illis sic agẽ / ut cũ colonis nr̃is so-
lẽmus eo qȝ magꝭ quo illa ordinũ ꝯiunctio
ad salutẽ reipu / ptinebat ꝗ Male ẽt curio
cũ causã trãspadanoꝝ / equã ẽẽ dicebat / sin p
aut addebat / vincat vtilitas · potius diceret
nõ ẽẽ equã qȝ nõ vtilis ẽẽt reipu · q̃ cũ vti-
lez ẽẽ dicẽt nõ ẽẽ equã fatẽrẽt ꝗ plenus
ē sextus lib' d̓ officijs hecatõis taliũ q̃onũ / sit-
ne boni vi in maxĩa caritate anone familiã nõ
alẽ / in vtraqȝ pteȝ disputat / sȝ tñ ad extremũ
vtilitate putat offm̃ dirigi magꝭ q̃ humanitate
ꝗ Querit si in mari iactura facienda sit equine
p̃ciosi potiq iacturã faciat / an s̃uuli vilis / hic
alio res familiaris · alio ducit humanitas ꝗ Qđ si
tabulam de naufragio stultꝰ arripuerit extorq̃-
bit ne eã sapiẽs / si potuit / Negat qa sit iniuriũ
Qđ dn̄s nauis / eripiet ne suũ / minime / nõ
plꝰ q̃ si nauigantẽ in alto eicẽ velit d̓ na-
ui quia sua sit / quoad eñ puentũ sit eo q°
sũpta est nauis / nõ dñi ē nauis / sȝ naui-
gantiũ ꝗ Qđ si vna tabula sit · duo naufra-
gi · ei qȝ sapientes / sibi vt̃ rapiat / an alt̃ ce-
dat alti ꝗ Cedat uõ sȝ eius cuiꝗ magꝭ int̃ sit /
vl̃ sua / vl̃ reipu / cã viuẽ ꝗ Qđ si hec paria
in vtroqȝ nullũ erit ctamẽ / sȝ q̃si sorte aut di-
micando victus alti cedat alt̃ ꝗ Qđ si pr̃ fa-
na expilet cuniculos agat ad erariũ ꝗ Indicet
ne id magr̃atibꝗ filiꝗ / ꝗ Nefas id qđ ē q̄n
etiã defedat prẽm si arguat̃ / nõ igr̃ patria
p̃stat oĩbꝗ officijs / ymo uõ / sȝ ipi p̃rie cõdu-
cit pios hr̃e ciues ĩ parentes ꝗ Quid si

si tyrannidem occupare, si patriam prodere cona-
bitur pater, silebitne filius? ymo vero obsecrabit
patrem ne id faciat. Si nichil proficiet accusabit, mi-
nabitur etiam ad extremum si ad perniciem patrie res spe-
ctabit patrie salutem anteponet saluti patris. Quere-
rit etiam si sapiens adulterinos nummos acceperit
imprudens pro bonis cum id rescierit soluturusne sit
eos si cui debeat pro bonis. Dyogenes ait, Anti-
pater negat, cui potius assentior. Qui vinum
fugiens vendat sciens debeat ne dicere? Non ne[c]e[ssarium] pu-
tat esse Dyogenes, Antipater boni viri existimat. Que
hec sunt quasi controversa iura Stoicorum. In manci-
pio vendendo dicenda ne vicia? non ea que
nisi dixeris redhibeatur mancipium iure civili, sed
hec mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum.
Alteri dicenda videntur, alteri non videntur. Si quis
aurum vendens auricalcum se putet vendere, in-
dicet ne ei vir bonus aurum illud esse, an emat
denario quod sit mille denariorum? Perspicuum est
iam et quid mihi videatur et que sit inter eos philosophos quos
nominavi controversia. Pacta et promissa semper ne ser-
vanda sint, que nec vi, nec dolo malo, ut
pretores solent, facta sint? Si quis medicamentum an-
tea dedit ad aquam intercutem, pepigitque ne il-
lo medicamento umquam postea uteretur, si eo sana-
medicamento factus esset, et annis aliquot post inciderit
in eundem morbum, nec ab eo qui cum pepigerat
impetret ut iterum eo liceat uti, quid faciendum
sit, cum sit is inhumanus qui non concedat, nec ei
quicquam fiat iniurie, vite et saluti consulendum est.
Quid si quis sapiens rogatus sit ab eo qui eum heredem
adeat luce palam in foro saltet, id quod se fa-
cturum promisit, quia aliter heredem eum scripturus
ille non esset, faciat quod promisit nec ne? Pro-
misisse nollem, et id arbitror fuisse gravita-
tis. Quoniam promisit si saltare in foro turpe
ducet, honestius mentietur si ex hereditate
nichil ceperit quam si ceperit, nisi forte eam pe-
cuniam in rei publice magnum aliquod tempus con-
tulerit, ut vel saltare cum patrie consultu[rus]

sit turpe non sit c Sic ne illa promissa ser-
vanda sunt quidem que non sunt hiis ipsis utilia
quibus promiseris illa c Sol feconti filio / ut
reddeamque ad fabulas futurum se esse dixit
quicquid optasset / optavit ut in currum patris
tolleretur / sublatus est atque insania qua constitit
fulmine deflagratur / quanto melius fuerat in hoc
promissum patris non esse servatum c Et nunc qui The-
seus exegit promissum a neptuno · cum eum tres
optaciones neptunus dedisset optavit interitum
ypoliti filii cum hic patri suspectus esset de noverca /
quo optato impetrato theseus in maximis
fuit luctibus c Et nunc Agamenon cum devovis-
set dyane quod in suo regno pulcerrimum natum
esset in illo anno ymolavit effigeniam / qua in-
ter erat natum / eo anno pulcrius promissum potius non
faciendum / quam tam tetrum facinus admittendum fuit
c Ergo et promissa non facienda / non numquam neque semper
deposita reddenda · Si gladium quis apud te / sa-
na mente deposuerit repetat insaniens red-
dere peccatum sit / officium non reddere · Quid si is apud
te pecuniam deposuerit bellum inferat patrie /
reddas ne depositum / non credo / facies enim contra rem-
publicam / que debet esse carissima / Sic multa que
honesta natura videntur esse / temporibus fiunt non hone-
sta / facere promissa stare conventis · reddere deposita
commutata utilitate fiunt / non honesta c Ac
de hiis quidem que videntur esse utilitates contra
iusticiam simulacione prudentie satis arbit-
tror dictum /

Sed quoniam a quatuor fontibus honestatis pri-
mo libro officia duximus / hec in eisdem versa-
bimur / Et docebimus ea que videntur
esse utilia / neque sint / quam sint inimica c Ac
de prudentia quidem quam vult imitari malicia /
Et que de iusticia que semper est utilis disputatum
sit c Reliquie sunt due partes honestatis quarum
altera in animi excellentis magnitudine et prestancia
cernitur / altera in conformacione et moderacione
continencie et temperantie c Utile videbatur ulixi

ut quidam tragici poete prodiderunt. Nam apud ho-
merum optimum auctorem talis de vlixe nulla
suspicio est. Sed eum simulant eum tragedie simulacione
insanie militiam subterfugere voluisse non hone-
stum consilium aut utile. at aliquis fortasse dixit
regnare et Ithace ociose viuere cum parentibus cum
uxore cum filio. Ullum tu decus in cotidianis la-
boribus et periculis cum hac tranquillitate conferendum
putas. Ego vero istam contemnendam et abiciendam.
quoniam que honesta non sit ne utilem quidem esse arbitror
esse. Quid enim auditurum putas vlixem fuisse si in
illa perseverasset simulatione. qui cum maximas res
gessisset in bello. tamen hec audivit ab aiace. cuius
ipse princeps iurisiurandi fuit quod omnes scitis
solus neglexit fidem. furere assimulavit. ne
coiret institit quod ni palamedis perspicax pru-
dentia istius percepisset malitiosam. audaciam fide
sacratam ius perpetuo falleret. Illi vero non solum
cum hostibus. sed etiam cum fluctibus id quod fecit di-
micare melius fuit quam deserere consentientem grecia-
am ad bellum barbaris inferendum. Sed dimittamus
fabulas et externa. ad rem factam nostramque veniamus.
Marcus attilius regulus cum consul iterum in affri-
ca ex insidiis esset captus duce xantippo lace-
demonio. imperatore autem patre hanibalis amil-
care iuratus missus est ad senatum. ut nisi redditi
essent penis captivi nobiles quidam ipse rediret.
cartaginem. Is cum venisset romam. utilitatis speciem
videbat. sed eam ut res declarat. falsam iudicavit.
que talis erat manere in patria. esse domi sue cum
uxore. cum liberis. quam calamitatem accepisset
in bello communem fortune bellice iudicantem. di-
gnitatis tenere gradum consularis. quis hec ne-
gat utilia esse quem censes. Magnitudo animi. et for-
titudo negat. Num locupletiores queris aucto-
res. Harum enim virtutum est proprium nil extimesce-
re omnia humana despicere. nichil quod homini possit ac-
cidere intollerandum putare. Itaque quid fecit.
in senatum venit. mandata exposuit. sententiam
ne diceret recusavit. quamdiu iureiurando hostium

tenetur dicens se non esse senatorem. Atque
et illud consultum honorem dixit esse pravum et re-
pugnantem utilitati sue, reddi captivos ne-
gavit esse utile, illos enim adolescentes esse et
bonos duces, se iam confectum senectute. Cuius
cum valuisset auctoritas captivi retenti sunt. Ipse
Carthaginem rediit. Neque caritas patrie retinu-
it nec suorum. Neque vero tum ignorabat se ad cru-
delissimum hostem et ad exquisita supplicia profici-
sci, sed iusiurandum conservandum putabat. Itaque
tum cum vigilando necabatur, erat in meliori causa
quam si domi senex captivus, periurus consula-
ris remansisset. At stulte qui non modo non cen-
suerit captivos remittendos, verum etiam dissua-
serit. Quomodo stulte, etiamne si rei publice inutile
le sit, id cuiquam civi utile esse. Pervertunt homines
ea que sunt fundamenta nature, cum utilitatem ab
honestate seiungunt. Expetimus omnes enim uti-
litatem, ad eamque rapimur nec facere aliter ul-
lo modo possumus. Nam quis est qui utilia fu-
giat, aut quis potius qui ea non studiosissime
persequatur. Sed quia nusquam possumus, nisi in lau-
de, decore, honestate utilia reperire, propterea
illa prima et summa habemus, utilitatis nomen
non tam splendidum quam necessarium ducimus. Quid
est igitur, dixerit quis, in iureiurando, num iratum
timemus Iovem. At hoc quidem commune est
omnium philosophorum, non eorum modo qui deum nihil
habere ipsum negotii dicunt, nihil ex-
hibere alteri, sed eorum qui deum semper agere aliquid
et moliri volunt, numquam nec irasci deum nec
nocere. Quid autem iratus Iupiter plus no-
cere potuisset quam nocuit sibi ipse Regulus.
Nulla igitur vis fuit religionis que tantam
utilitatem perverteret. An ne turpiter fa-
ceret. Primum minima de malis. Num igitur tantum ma-
li turpitudo ista habebat quantum ille cruciatus.
Deinde illud etiam apud Accium: Fregisti ne
fidem? Neque dedi neque do infideli cuiquam. Quamquam ab
impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam

quemadmodum nobis dicamus videri quedam utilia
que non sint sic se dicere videri quedam honesta
que non sint, ut hoc ipsum videtur honestum conserva-
di iurisiurandi causa ad cruciatum revertisse sed fit
non honestum quia quod per vim hostium esset actum
ratum esse non debuit. Adducunt etiam quicquid valde uti-
le sit id fieri honestum etiamsi antea non videretur.
Hec fere contra Regulum. Sed prima videamus. Non
fuit Iupiter metuendus ne iratus noceret qui ne-
que irasci solet nec nocere. Hec quidem ratio non magis contra
Regulum quam omne iusiurandum valet. Sed in iure-
iurando non qui metus sed que vis debet intelligi.
Est enim iusiurandum affirmatio religiosa. Quod autem
affirmate quasi deo teste promiseris id tenendum
est. Iam enim non ad iram deorum que nulla est sed ad
iustitiam et ad fidem pertinet. Nam preclare Ennius
O fides alma apta pinnis et iusiurandum
Iovis. Qui ius igitur iurandum violat is fidem
violat quam in Capitolio vicinam Iovis op-
timi maximi ut in Catonis oratione est ma-
iores nostri esse voluerunt. At enim ne iratus quidem
Iupiter plus Regulo nocuisset quam sibi nocuit ipse
Regulus. Certe si nichil malum esset nisi dolere.
Id autem non modo non solum malum sed nec malum
quidem esse maxima auctoritate philosophi affirmant. Quorum
quidem testem non mediocrem sed haud scio an gra-
vissimum Regulum nolite queso vituperare. Quem
enim locupletiorem querimus quam principem rei-
publice qui retinendi causa officii cruciatum
subierit ~~[deleted]~~ ultro. Nam quod aiunt minima
de malis id est ut turpiter potius quam calamitose
an est ullum maius malum turpitudine. Que
si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis
quanta illa depravatio et feditas turpificati animi
debet videri. Itaque nervosius qui ista dis-
serunt solum audent malum dicere id quod turpe
sit. Qui autem remissius hii tamen non dubitant
summum malum dicere. Nam illud quidem neque de-
di neque do infideli cuiquam idcirco a poeta
recte eum quia tractaretur Atreus persone serviendum

fuit / s; si aliter ubi seruitur nullam ee fide q̄e
infideli data sit / videat ne q̄rat latebra p
iurio / Est etiā ius belliçu fides q; iurisiuran=
di sepe cū hoste suāda. Qd' em iuratū ē ita
q mens conciperet fi' oporte id suādu ē / Qd' aliṫ
id si nō fecerit / nullū ē piuriū / Ut si pdonibꝫ
pactū p capite pciū nō attuleris / nulla fraus
ē. ne si iuratꝫ qd' id nō feceris. Nā pirata nō
est ꝑduelliū nūo diffinitꝫ / s; cōis hostis omīu /
Cū hoc nō fides debz nec iusiurandū ee cōe
Nō ei falsū iurare piurare ē / s; qd ex
aī tui snīa iuraris / sc̄ vbis ꝯcipit' more nr̄o
id nō face' piuriū ē. Scite eni Euripides /
Iuraui lingua / mentē iniuratā gero. Regulꝰ
vo nō dz̄uit ꝯdicōes pactiōes q; bellicas et ho=
stiles ꝑturbare piurio / Cū iusto eni et le=
gittimo hoste res gerebat'. aduꝰ quē / et totū
ius fetiale / et multa iura sūt cōia. Qd ni
ita eēt nūq' claros viros senatꝰ vinctos hosti=
bꝫ dedisset / At uo T. veturius et spuriꝰ po
stumiꝰ cū itm̄ ꝯsules eēnt cū male pug=
nāt apud caudiū eēt legionibꝫ nr̄is sb iugū
missis / pace cū samnitibꝫ fecerat dediti
st' hiis / iniussu eni ppli senatꝰ q; fecerat / Eodē
q; tpe Tyberiꝰ numitiꝰ et Q. emiliꝰ qui
tū tribuni plebis erat et eoꝝ auc̄te pax erat
facta dediti sūt ut pax samnitiū repudiaret'.
Atq; huiꝰ dedicōis / ipe postumiꝰ qui dede=
bat' suasor et autor fuit / Qd idē multis a=
nis post C. mancinꝰ / q ut numātinis qbꝫ cū
sine senatꝰ auc̄te fedꝰ fecerat deder'. roga=
cōez suasit. eā quā L. furiꝰ / et Sextꝰ atiliꝰ
ex senatꝰ ꝯsulto ferebat / q̄ accepta ē hostibꝫ
deditꝰ / Honestiꝰ hic q' Q. popeiꝰ quo cū
in eadē cā eēt deprecante accepta lex nō ē / Hic
ea q̄e videbat' vtilitas plꝰ valuit q' hone=
stas apd supiores vtilitatis spēs falsa ab hone=
statis auc̄te supata ē / At nō dz̄uit ratū
ee qd erat vi extortū / q̄si uo forti viro vis po=
sit adhiberi / Cur igit' ad senatū pficiscebat'

cum postea de captivis esset dissuasurus. Sed maxime
in eo id reprehendimus, non enim suo iudicio stetit, sed
suscepit causam ut esset iudicium senatus, cui nisi ipse
auctor fuisset, captivi profecto penis redditi essent.
Itaque incolumis in patria regulus restitisset. Sed
quia patrie non utile putavit, idcirco sibi honestum et sen-
tire illa et pati credidit. Nam quod aiunt quod val-
de utile sit id fieri honestum, immo esse non fieri.
Est enim nichil utile quod idem non honestum, nec quia uti-
le honestum, sed quia honestum utile. Quare ex multis
mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit
hoc exemplo aut laudabilius aut prestantius. Sed ex tota
hac laude reguli illud unum est admiratione di-
gnum, quod captivos retinendos censuit. Nam quod re-
diit nobis haud mirabile videtur. Illis quidem tempori-
bus aliter facere non potuit. Itaque ista laus non est
hominis, sed temporum. Nullum enim vinculum ad astringendam
fidem iureiurando maiores artius esse volue-
runt. Id indicant leges in xii tabulis, indicant sa-
crate, indicant federa, quibus etiam cum hoste devincitur
fides, indicant notiones animadversionesque censorum,
qui nulla de re diligentius quam de iureiurando iudi-
cabant. Lucio manlio auli filio cum dictator
fuisset, marcus pomponius tribunus plebis diem dixit,
quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam
addidisset. Criminabatur etiam quod titum filium qui postea
est torquatus appellatus ab hominibus relegasset
et ruri habitare iussisset. Quod cum audisset adolescens
filius negocium exhiberi patri, accurrisse romam
et cum prima luce pomponii domum venisse dicitur.
Cui cum esset nunciatum, qui illum iratum allaturum
ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit
e lectulo remotisque arbitris ad se adolescentem
iussit venire. At ille ut ingressus est, confestim gla-
dium destrinxit iuravitque se illum statim inter-
fecturum, nisi iurasset. Iuravit hoc timore coactus pompo-
nius, rem ad populum detulit, docuit cur sibi causa
desistere necesse esset, manlium missum fecit. Tantum temporibus
illis iusiurandum valebat. Atque hic titus man-
lius is est qui ad anienem galli quem ab eo provocatus

occiderat / torque detracto cognomen invenit. cuius
tertio consulatu latini ad veserim fusi / et fugati /
magnus vir in primis / et qui in patrem indulgens in patrem
idem acerbus · et severus et acerbus ; sed ut lau-
dandus regulus in conservando iureiurando / sic decem
illi quos post cannensem pugnam iuratos ad se-
natum missos in castra redituros ea quorum erant
peni nisi de redimendis captivis impetravissent /
si non redierunt vituperandi / de quibus non omnes uno
modo ; nam polibius bonus autor in primis aut
ex x nobilissimis qui tum erant missi / egressum e ca-
stris redisset / quasi aliquid esset oblitus rome re-
mansisse quia reditu enim in castra liberatum se esse
iureiurando interpretabatur non recte ; fraus enim
distringit / periurium non dissolvit / fuit igitur stulta
calliditas perverse imitata prudentiam ; itaque
decrevit senatus ut ille veterator et callidus vi-
nctus ad hanibalem duceretur ; sed illud maximum
octo milia milia hominum tenebat hanibal / non
quos in acie cepisset / aut qui periculo mortis diffu-
gissent / sed qui relicti in castris fuissent / et paulo
et varrone consulibus eos senatus non censuit re-
dimendos / cum id parva pecunia fieri posset / ut esset
insitum militibus nostris / aut vincere aut emori
; qua quidem re audita fractum animum hanibalis
scribit idem / quod senatus populusque romanus rebus
afflictis / tam excelso animo fuisset · sic honestatis
comparatione / ea que videntur utilia vincuntur ;
attilius autem qui grece scripsit historiam / plures ait
fuisse qui in castra revertissent / eadem fraude / ut
iureiurando liberarentur / eosque a censoribus omni-
bus ignominiis notatos ; sit iam huius loci fi-
nis / perspicuum est enim ea que timido animo / humili /
demisso / fracto que fiant / quale fuisset re-
guli factum / si aut de captivis quod ipsi opus esse vi-
deretur / non quod rei publice censuisset / aut domi re-
manere voluisset / non esse utilia quia sint flagitiosa
et feda / et turpia

Restat quarta pars · que decore / moderacione /
modestia / continencia / temperantia / continetur

Potest igitur quisquam esse vale quod sit huic clau choro/
virtutum omnium. Atque ab Aristippo Cyrenaico atque
Annicerii philosophi nominati omne bonum in voluptate po-
suerunt virtutemque censuerunt ob eam rem esse lau-
dandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsole-
tis floret Epicurus, eiusdem fere adiutor auctorque
sententie. Cum his viris equisque ut dicitur, si honestatem tueri
ac retinere sententia est, decertandum est. Nam si non modo utili-
tas, sed vita omnis beata corporis firma constitutione eiusque
constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est, con-
tinetur, certe hec utilitas, et quidem summa, sic enim cen-
sent, cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentie
locus dabitur? Aut ut conquirat undique suavitates? Quam
miser virtutis famulatus servientis voluptati! Quod autem
munus prudentie? An legere intelligenter voluptates?
Fac nichil esse isto iocundius, quid cogitari potest turpius?
Iam qui dolorem esse summum malum dicat, apud eum quem lo-
cum habet fortitudo, que est dolorum laborumque contemptio?
Quamvis enim multis locis dicat Epicurus, sicut dicit,
satis fortiter de dolore, tamen non id spectandum est quid dicat,
sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate ter-
minaverit, mala dolore. Ut si illum audiam de conti-
nentia et temperantia, dicit ille quidem multa multis locis,
sed aqua heret, ut aiunt. Nam qui potest temperantiam lau-
dare is qui ponat summum bonum in voluptate? Est
enim temperantia libidinum inimica, libidines autem con-
sectatrices voluptatis. Atque in his tamen tribus generibus quoquo modo
possunt non incallide tergiversantur. Prudentiam intro-
ducunt scientiam suppeditantem voluptates, depellen-
tem dolores. Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt,
cum tradunt rationem neglegende mortis, perpetien-
di doloris. Etiam temperantiam inducunt non fa-
cillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt; dicunt
enim voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri.
Iustitia vacillat vel iacet potius omnesque ee virtu-
tes que in communitate cernuntur et in societate generis humani.
Neque enim bonitas nec liberalitas nec comitas esse
potest, non plus quam amicitia, si hec non per se expetantur,
sed ad voluptatem utilitatemve referantur. Conferamus
igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse docuimus que

honestati esset contraria. Sic eciam voluptate dicitur hone-
stati esse contrariam, quo magis reprehendendos Cali-
phontem et Dinomachum iudico, qui se dirempturos con-
troversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem tamquam
cum homine pecudem copulavissent. Non recipit istam
coniunctionem honestas, aspernatur, repellit. Nec vero fi-
nis bonorum et malorum, qui simplex esse debet, ex dissim-
limis rebus misceri et temperari potest. Sed de hoc magna
enim res est alio loco pluribus; nunc ad propositum. Quem-
admodum igitur, si quando ea que videtur utilitas hone-
stati repugnat, diiudicanda res sit, satis supra est
disputatum. Sin autem speciem utilitatis etiam volup-
tas habere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniun-
ctio. Nam ut tribuamus aliquid voluptati, condimenti
fortasse non nihil, utilitatis certe nihil habebit. Habes
a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia
magnum, sed proinde erit ut acceperis. Quamquam
hi tres libri inter Cratippi commentarios tamquam
hospites erunt recipiendi; sed ut si ipse ve-
nissem Athenas, quod quidem esset factum, nisi me e
medio cursu clara voce patria revocasset,
aliquando me audires, sic quoniam in his vo-
luminibus profecta ad te vox est mea,
tribues his temporibus quantum poteris;
poteris autem quantum voles. Cum vero
intellexero de hoc genere sciencie gaude-
re, et presens tecum prope diem, ut spe-
ro, et dum aberis absens loquar. Va-
le igitur mi Cicero, tibique persuade
esse te quidem michi carissimum, sed multo
cariorem, si talibus monimentis, pre-
ceptisque letabere. Amen. Deogracias

Marci Tullii Ciceronis
de Officiis liber tercius
feliciter explicit. Altissi-
mo gracias. Anno domini
1479. Johannis de Ca

Versus xii sapientum scilicet Basilii: Asmenii: Liomani: Euforbii: Iuliani: Bysasi: Paladii: Asclepiadis: Eustemi: Pompeliani: Maximini: et Vitalis positi in epitaphio Marci Tullii Ciceronis

Basilii

Hic iacet arpinas manibus tumulatus amici
Qui fuit orator summus et eximius
Quem nece crudeli mactauit ciuis et hostis
Nil agis antoni scripta disserta manent
Volvere nempe tuo ciceronem confias at te
Tullius eternis vulneribus lacerat

Asmenii

Corpus in hoc tumulo magni ciceronis humatum
Contegitur claro qui fuit ingenio
Cuique malis ciuis hostis erat tutor que bonorum
Quo pene indigna consule roma fuit
Sed iuguli dat deiectis hostibus urbem
Supplicio que datis prestitit incolumem

Liomani

Princeps orator lumen que decus que senatus
Servator patrie conditor eloquii
Cuius ab ingenio tandem illustrata Remi
Limina per claros lingua latina viget
Occidit indigne manibus laceratus iniquis
Tullius ac tumulo subditus exiguo est

Euforbii

Quicumque in libris nomen Ciceronis adoras
Aspice quo iaceat conditus ille loco.
Ille vel orator vel ciuis maximus idem
Clarus erat factis clarior eloquio.
At ne quid fortuna viro nocuisse putetur
Viuit et eternum doctus per ora volat

Iuliani

Marcus erat Cicero toto notissimus orbe
Cuius reliquias occulit urna breuis
Postea me pridem imperii tumulis adeunt
Eripui pridem qui primus exicio
Si quis in hoc saxo tulli legis advena nomen

Ne dedigneris dicere Marce vale

Hylasii

Tullius arpinas ex ordine natus equestri
Sed virtute sua consul in urbe fuit
Quem catelina mala coniurati grege nocentes
Sensere vigilem civibus esse suis
Hunc tamen o pietas / terras omnes tiranni
Et lacrima ille pio supposuit tumulo

Paladii

Qui tenet eloquii fastigia summa latini
Qui consul patriam cedibus eripuit
Cuique truci ferro vitam dedit ense virorum
Tullius est / et in hac ipse sepultus humo.
Sed bonitas vite pensatur laude perenni
Sed mors eripuit gloria restituit

Asclepiadis

Tullius hic situs est / venerabile nomen in evum
Clarus honore simul clarus et ingenio
Quem scelerata neci crudeliter arma dederunt
Sed patrie vindex ille fidelis erat
Sed mentis infanda prestetit cede tirannis
Ingenium vivit corpus inane perit

Eustenii

Romani princeps populi / decusque ordinis ampli
Maximus orator / civis et egregius
Coniuratorum iudex / hostis quoque malorum
Proscriptus periit a tribus ille viris
Cuius caput gemitur qui detruncatum acerbe /
Hoc carmine debet qui iacet in tumulo /

Pompeliani

Doctrine antistes / rex mirabilium auctor
Tullius existens nobilis ex humili
Cui dedit excelsum ars oratoria nomen
Virtute ingenii venit in astra sui
Sed fortuna nocens / infando fine raptum
Carpsit et hoc voluit membra iacere solo

Maximini

Eloquio princeps magnis memorabilis actis
Sed terras omnes implevit munere claro
Tullius indigne cede per amicos obiit /

Ingenium cedit corpore morte cavet
Vivit/en ingenium pollet cum laude per orbem
Eius hoc tumulo membra sepulta iacent :

Vitalis

Inclitus hic cicero latine pietate sepultus
Quem fortuna neci tradidit inmerite
Maxima eloquii/civis bona verbis amator
Inimicus qz mali refugium qz bonus
Vixi sexaginta completis et tribus annis
Hinicio pressam destituit patriam

Tullius hesperios cupiens componere mores
Edidit hos libros appellans officiorum
Cuius solo fera extinctaque furor est catelline
Consilio supremum custos directus ad urbem
Lux orbis patrie qz salus mens tota senatus
Hic plus sole micat cruciatus pro honesto

Excellunt cunctos hos libros philosophorum
Libri quos fecit tres tullius officiorum

Quintus mucius augur scevola
multa narrare de C. lelio socero
suo memoriter et iocunde solebat
nec dubitare illum in omni ser-
mone appellare sapientem. Ego autem
a patre meo ita eram deductus ad scevolam
sumpta virili toga ut quoad possem et
liceret a senis latere numquam discederem. Itaque
multa ab eo prudenter disputata multa
etiam breviter et commode dicta memorie
mandabam fierique studebam eius prudencia
doctior. quo mortuo ad pontificem me sce-
volam contuli. quem unum civitatis nostre et
ingenio et iusticia audeo dicere prestantissimum
Sed de hoc alias. nunc reddeo ad augurem
Cum sepe multa narraret. tum memini eum
domi in emiciclo sedentem ut solebat. cum et ego essem
una et pauci admodum familiares in eum
sermonem illum incidere. Qui tum omnibus
fere erat in ore. meministi enim profecto attice
et eo magis quod P. sulpicio utebare
multum. cum is tribunus plebis capitali odio
a Q. pompeio qui tum erat consul disside-
ret qui cum coniunctissime et amantissime vi-
xerat quanta esset hominum admiratio vel querela

Ut tum Scevola cum in eam ipsam mentionem
incidisset exposuit nobis sermonem Lelii de
amicitia habitum et ab illo secum et cum altero
genero C. Fannio Marci filio paucis diebus
post mortem Affricani. Eius disputationis sen-
tentias memorie mandavi quas hoc libro
exposui arbitrio meo. Quasi enim ipsos induxi
loquentes ne inquam et inquit sepius inter-
poneretur, atque ideo feci ut tamquam a presentibus
coram haberi sermo videretur. Cum enim me-
cum sepe ageres attice ut de amicitia ali-
quid scriberem digna mihi res tum omnium co-
gnitione tum pro nostra familiaritate visa est.
Itaque feci non invitus ut prodessem multis
rogatu tuo. Sed ut in Cathone maiore feci
qui est scriptus ad te de senectute quia
nulla videbatur aptior persona que de illa
etate loqueretur quam eius qui et diutissime
senex fuisset et in ipsa etate pre ceteris floruisset
~~C. Lelii et P. Scipionis~~ Sic cum accepissemus
a patribus maxime memorabilem C. Lelii et
P. Scipionis familiaritatem fuisse ydoneam mihi
Lelii persona visa est que de amicitia ea ipsa
dissereret que disputata ab eo Scevola me-
minisset. Genus autem hoc sermonum positum

in homini utrumque antiquissimo et eorum illustrissimo
plus nescio quo pacto videtur habere gravitatis
Itaque ipse ego mea legens sic afficior interdum
ut Cathonem non me loqui existimem Sed
ut tum ad senem senex de senectute sic in hoc
libro de amicitia ad amicum amicissimus scri-
psit tum est Catho loquutus quo erat nemo fere
senior illis temporibus nemo prudentior Nunc Lelius
et sapiens (sic enim est habitus) et amicitie gloria
excellens de amicitia loquitur tu velim ani-
mum a me parumper avertas ut Lelium ipsum loqui
non me putes

Caius Fannius et Q. Mucius ad socerum
veniunt post mortem Affricani ab hiis
sermo oritur Respondet Lelius cuius
tota disputatio est de amicitia quam legens
tu ipse cognosces F Sunt ista vera Leli nec
enim melior fuit Affricano quisquam nec clarior
Sed existimare debes omnium oculos in te esse
coniectos unum te sapientem et appellant et exi-
stimant Tribuebatur hoc modo M. Cathoni Scimus
L. Attilium apud patres nostros appellatum esse
sapientem Sed uterque alio quodam Attilius
quia prudens esse in iure civili putabatur Catho
quia multarum rerum usum habebat multa
eius et in senatu et in foro vel provisa pru-
denter vel acta constanter vel responsa acute

Nescio quo pacto ...

ferebantur. Propterea quasi cognomen iam habebat
in senectute sapientis. Te autem alio quodam modo
non solum natura et moribus, verum etiam et
studio et doctrina esse sapientem existimant, nec
sicut vulgus, sed ut eruditi solent appellare sapien-
tem, qualem in reliqua Graecia neminem. Nam
qui septem appellantur, eos qui ista subtilius querunt
in numero sapientium non habent. Athenis unum
accepimus, et eum quidem Apollinis oraculo sa-
pientissimum iudicatum. Hanc sapientiam esse in te
existimant, ut omnia tua in te posita ducas hu-
manosque casus virtute inferiores putes. Itaque
ex me querunt, credo ex hoc item Scevola, quo-
nam pacto mortem Affricani feras, eoque magis
quod his proximis nonis, cum in ortos Decii Bruti
auguris commentandi causa, ut assolet, fieri
venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime
semper illum diem, illud quoque munus solitus esses
obire. S. Querunt quidem, C. Leli, multi, ut
dictum est a Fannio. Sed ego id respondeo quod
animadverti: te dolorem quem acceperas cum
summi viri tum amicissimi morte ferre moderate,
nec potuisse me commoveri nec fuisse id humanitatis
tue. Quod autem his proximis nonis in colle-
gio nostro non affuisses, valitudinem respondeo
causam, non mesticiam fuisse. L. Recte tu quidem, Sceuo-
la, et vere, nec enim ab isto officio quod semper usurpavi

tum valens abduci in todo meo debui ut ullo
casu arbitror hoc constanti homini posse contingere
ut ulla intermissio fiat officii. Tu autem fanni quod
mihi tantum tribui dicis quantum ut agnosco / ut po-
stulo facis amice. Sed ut mihi videris non recte iu-
dicas de kathone. Aut enim nemo quod quidem
magis credo / aut si quisquam est ille sapiens
fuit. Quomodo enim ut alia omittam mortem tulit /
memineram paulum / videram gaium / Sed tamen
hos anteponas kathoni maximo et expecta-
to viro. Quadobrem kathoni ani ponas ne istud
quidem ipsum quem apollo ut ais sapientissimum
iudicabit / huius enim facta / illius vero dicta cun-
tasque laudant. De me autem ut iam cum utroque
sic habetote. Ego si scipionis desiderio me
moveri negem quam id recte faciam viderint sapi-
entes. Sed certe mentiar. Moveor enim tali amico
orbatus ut arbitror qualis nemo umquam erit
Utique confirmare possum nemo certe fuit. Sed
non egeo medicina me ipse consolor et maxime
illo solatio quod ego eo careo errore quo amicorum
decessu plerique angi solent / nihil enim mali accidisse
scipioni puto / si quid accidit mihi accidit. Suis
autem incommodis graviter angi non amicum sed se
ipsum amantis est. Cum vero illud quis neget
actum esse preclare nisi enim quod ille minime putabat
immortalitatem optare vellet quod non est adeptus

Quod homini phas esse optare qui summam spem civium quam de eo iam puero habuerat continuo adolescens incredibili virtute superavit. Qui consulatum petivit numquam, factus est consul bis, primum ante tempus, iterum suo sibi tempore, rei publice pene sero. Qui duabus urbibus eversis inimicissimis huic imperio non modo presentia sed etiam futura bella delevit. Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iusticia in omnes, nota sunt vobis. Quam autem civitati carus fuit merore funeris indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio iuvare potuisset. Senectus enim quamvis non sit gravis ut memini Catonem uno anno antequam mortuus est mecum et cum Scipione disserere, tamen aufert eam viriditatem in qua etiam nunc erat Scipio. Quam ob rem vita quidem talis fuit vel fortuna vel gloria ut nihil posset ei accedere, moriendi autem sensum celeritas abstulit. De quo genere mortis difficile dictu est quid homines suspicentur vos videtis. Hoc vere tamen licet dicere P. Scipioni ex multis diebus quos in vita celeberrimos letissimosque viderit illum diem clarissimum fuisse cum senatu dimisso domum reductus ad vesperum est a p. c. a p. r. sociis et latinis pridie quam excessit e vita ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos

videatur deos potius quam ad inferos pervenisse de
immortalitate. Neque enim assentior hiis qui haec
nuper disserere ceperunt cum corporibus simul animos
interire atque omnia morte deleri. Plus apud me
antiquorum auctoritas valet vel nostrorum maiorum
qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt quod non
fecissent profecto si nichil ad eos pertinere arbitra
rentur vel eorum qui in hac terra fuerunt magnamque
Greciam que nunc quidem deleta est tunc florebat insti
tutis et preceptis erudierunt suis vel auctoritas
eius qui appollinis oraculo sapientissimus iudicatus
est qui non tum hoc tum illud ut plerique solent
sed idem dicebat semper animos hominum esse divinos
hiisque cum ex corpore excessissent reditum in celum
patere optimo et iustissimo cuique expeditissimum
iter quod idem Scipioni videbatur qui idem quasi pre
sagiret perpaucis diebus ante mortem cum et Philus
Manilius adessent et alii plures tu quoque etiam Sce
vola mecum venisses triduum disseruit de re pu
blica cuius disputationis fuit extremum fere de
immortalitate animorum que se in quiete visum ex Af
ricano audisse dicebat. Id si ita est ut opti
mi cuiusque animus in morte facillime evolet
tanquam e custodia vinculisque corporis cui cense
mus cursum ad deos faciliorem fuisse quam Scipioni.
Quocirca merere hoc eius eventu vereor ne

magis sit moriendi. Quod si ita est, sin autem illa vere
est ut idem interitus sit animorum et corporum nec
ullus sensus maneat ut nihil boni est in morte sic
certe nichil mali. Sensu enim amisso fit idem
quasi natus non esset omnino quem tamen esse natum et
nos gaudemus et hec civitas dum erit letabitur.
Quam ob rem cum illo quidem ut supra dixi actum
optime est mecum incommodius quem fuerat equius
ut prius introieram sic prius exire de vita. Sed
tamen recordatione nostre amicitie sic fruor ut beate
vixisse videar, quia cum Scipione vixerim quo
cum michi coniuncta cura de re publica et de pri-
vata fuit, quo cum et domus fuit et militia
communis et id in quo est omnis vis amicitie volun-
tatum studiorum sententiarum summa consensio. Itaque
non tam ista me sapientie quam modo commemo-
ravit Fannius fama delectat falsa presertim
quam quod amicitie nostre memoriam spero sempiternam
fore, idque eo magis est mihi cordi quod ex omnibus seculis
vix tria aut quatuor paria amicorum quo in genere
sperare videor Scipionis et Lelii amicitiam notam
posteritati fore. Tum Fannius: Istud quidem Leli ita necesse est.
Sed quoniam mentionem amicitie fecisti et sumus ociosi,
pergratum mihi feceris, spero item Scevole, si sic que-
admodum soles de ceteris rebus que cum ex te
queruntur de amicitia disputaveris quid sentias
qualem existimes, que precepta des. Scevola

mihi vero erit gratum atque id ipsum cum tecum agere
rem agere. Fannius anteuertit. Quare ambobus utrisque
vestrum gratum admodum feceris. Lelius. Ego vero non
grauarer si mihi ipse confiderem. Nam et preclara res
est et sumus ut dixit Fannius ociosi. Sed quis
ego sum aut que in me est facultas. Doctorum
est ista consuetudo eaque grecorum ut his
ponatur de quo disputent quamvis subito magnum
opus est egetque exercitacione non parva. Quare
que de amicicia disputari possint
ab eis censeo petatis qui ista profitentur. Ego vos
hortari tantum possum ut amiciciam omnibus
rebus humanis anteponatis. Nichil enim est tam nature aptum
tamque conueniens ad res uel secundas uel aduersas.
Sed hoc primum sentio nisi in bonis amiciciam esse non
posse. Neque id ad viuum reseco ut illi qui hec
subtilius disserunt fortasse vere sed ad communem vti-
litatem parum. Negant enim quemquam esse virum bo-
num nisi sapientem. Sit ita sane. Sed eam sapienciam
interpretantur quam adhuc mortalis nemo est consecutus.
Nos autem ea que sunt in vsu vitaque communi non
que finguntur aut optantur spectare debemus.
Nunquam ego dicam C. Fabricium Manium Curium Tiberium Cor-
uncanium quos sapientes nostri maiores iudica-
bant ad istorum normam fuisse sapientes. Quare
habeant sibi sapiencie nomen et inuidiosum et obscurum
concedant ut hii viri boni fuerint. Ne id quidem facient

negabunt id nisi sapienti posse concedi. Agamus igitur pingui ut aiunt minerva. Qui ita se gerunt, ita vivunt ut eorum probetur fides integritas liberalitas equalitas, nec sit in eis ulla cupiditas vel libido vel avaricia vel audacia, sitque magna constantia ut hii fuerunt quos modo nominavi, hos viros bonos ut habiti sunt sic etiam appellandos putemus qui assequuntur quantum homines possunt naturam optimam bene vivendi ducem. Sic enim mihi perspicere videor ita natos esse nos ut inter omnes esset societas quedam maior autem ut quisque proxime accederet. Itaque cives potiores quam peregrini, propinqui quam alieni; cum his enim amiciciam natura peperit. Sed ea non satis habet firmitatis. Namque hoc prestat amicitia propinquitati quod ex propinquitate benivolencia tolli potest, ex amicicia non potest. Sublata enim benivolencia amicitie nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitie sit ex hoc intelligi maxime potest quod ex infinita societate generis humani quam conciliavit ipsa natura ita contracta res est et adducta in angustum ut omnis caritas aut inter duos aut inter paucos iungeretur. Est enim amicitia nichil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benivolencia et caritate summa consensio. Qua quidem haud scio an excepta

sapientia quidquam melius homini sit a diis immortalibus
datum. Divitias alii preponunt, bonam alii vali-
tudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam
voluptates. Belvarum hoc quidem est extremum,
Illa autem superiora caduca sunt et incerta, po-
sita non tam in consiliis nostris quam in fortune te-
meritate. Qui autem in virtute summum bonum ponunt,
preclare illi quidem. Sed hec ipsa virtus amicitiam
et gignit et continet. Nec sine virtute amicitia
esse ullo pacto potest. Iam virtutem ex consuetudine
vite nostre sermonisque nostri interpretemur. Nec
eam tamen ut quidam docti verborum magnifice-
tia metiamur. Viros quoque bonos eos qui habentur
numeremus, Paulos, Cathones, Gaios, Scipio-
nes, Filos. His communis vita contenta est. Eos
autem obmittamus qui omnino nusquam reperiuntur.
Tales igitur inter viros amicitia tantas oppor-
tunitates habet quantas vix queo dicere. Principio
quis potest esse vitalis ut ait Ennius que non
amici mutua benivolentia conquiescat. Quid
dulcius quam habere cum quo sic omnia loqui au-
deas ut tecum. Quis esset tantus fructus in pro-
speris rebus nisi haberes qui illis eque ac tu
ipse gaudet. Adversas vero res ferre
difficile esset sine eo qui illas gravius etiam
quam tu ferret. Denique cetere res que expetuntur
oportune sunt singule fere rebus singulis

Divicie ut utare opes ut colare honores ut
laudare voluptates ut gaudeas valitudo
ut dolore careas et muneribus fungare
corporis Amicicia plurimas res continet quo
quo te verteris presto est nullo loco excluditur
numquam intempestiva numquam molesta est
Itaque non aqua non igne non aere ut
aiunt locis pluribus utimur quam amicicia
Neque ego loquor nunc de vulgari amici-
cia aut de mediocri que tamen ipsa et de-
lectat et prodest Sed de vera et perfecta
loquor qualis eorum qui per pauci nominan-
tur fuit Nam et secundas res splendidio-
res facit et adversas parciens communicans
que leviores facit Cumque plurimas
et maximas comoditates amicicia contine-
at tum illa nimirum prestat omnibus
quod bonam spem prelucet in posterum Nec
debilitari animos aut cadere patitur Verum
eciam amicum qui intuetur tamquam ex-
emplar aliquod intuetur sui Quocirca et
absentes assunt egentes abundant
et imbecilles valent et quod difficilius
dictu est mortui vivunt Tantus eos ho-
nos memoria desiderium prosequitur amicorum
Ex quo beata mors illorum videtur horum

Omnia [illegible] elementa natura [illegible] aqua et ignis [illegible] ad vitam [illegible]

Amicus bonus de amici calamitate [illegible] cum quis calamitates [illegible] amici [illegible] facit [illegible]

vita laudabilis. Quod si exemeris ex rerum natura
benivolentie coniunctionem, nec domus ulla nec
urbs stare poterat, ne agri quidem cultus
permanebit. Id si minus intelligitur, quanta
vis amicitie concordie que sit ex dissensionibus
discordiis que percipi potest. Que enim domus tam
stabilis, que tam firma civitas est que
non odiis et discordiis funditus possit everti?
Ex quo quantum boni sit in amicitia iudicari
potest. Agrigentinum quendam doctum virum
carminibus grecis vaticinatum ferunt, que in
rerum natura toto que mundo constarent queque
moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare
discordiam. Atque hoc quidem omnes mortales
et intelligunt et reprobant. Itaque si quando
aliquod officium extat amici in periculis aut
adeundis aut communicandis, quis est qui id
maximis non efferat laudibus? Qui clamores
erant in tota cavea nuper in hospitis et
amici mei M. Pacuvii sunt nova in
fabula, cum ignorante rege uter horum esset
Horestes, Pylades se esse Horestem diceret
ut pro illo necaretur, Horestes autem ita ut
erat se Horestem perseverat. Stantes autem
plaudebant in re ficta. Quid arbitramur in vera

factiosos fuisse? Facile indicabat ipsa natura
vim suam, cum homines quod facere non possent
id recte in altero fieri iudicarent. Actenus mihi
videor de amicitia quid sentirem potuisse
dicere. Si qua praeterea sunt, credo autem esse multa,
ab hiis, si videbitur, qui ista disputant, quaeri-
tote. Nos autem a te potius. quamquam
quidem etiam ab istis saepe quaesivi et audivi non
invitus equidem; sed aliud quoddam
filum orationis tuae. Tum magis id
diceres, Fanni, si nuper in ortis Scipionis, cum est
de republica disputatum, affuisses. Qualis
tum patronus iusticie fuit contra accuratam
orationem Phili. Facile id quidem fuit, iusti-
ciam iustissimo viro defendere. Quid
amiciciam? Nonne facile ei fuit, qui ob eam
summa fide, constancia, iusticia, quam servata re-
perit [maximam gloriam]. Laelius. Vim hoc quidem est afferre.
Quid enim refert qua me racione cogatis? co-
gitis certe. Studiis autem generorum, praesertim
in re bona, cum difficile, tum ne aequum quidem est obsi-
stere. Saepissime igitur michi de amicitia
cogitanti maxime illud considerandum videri
solet, utrum propter imbecillitatem atque inopiam
desideranda sit amicitia, ut in dandis re-
cipiendisque beneficiis, quod quisque minus per se ipse
posset, id acciperet ab alio vicissimque redderet

an esset quiddam hoc proprium amicicie Sed antiquior
et pulchrior et magis a natura ipsa profecta causa alia
est amor enim ex quo amicicia nominata est prin-
ceps est ad benivolenciam coniungendam Nam utilitates
quidem etiam ab hiis percipiuntur sepe qui simulatione
amicicie coluntur et observantur temporis causa In
amicicia autem nichil est fictum nichil est simu-
latum Sed quidquid est id est verum et volun-
tarium Quapropter a natura mihi videtur potius
quam ab indigencia orta amicicia et applica-
cione magis animi cum quodam sensu amandi
quam cogitacione quantum illa res esset habitura
Sed quidem quale sit etiam in bestiis quibusdam
animadverti potest que ex se natos ita
amant ad quoddam tempus et ab eis ita amantur
ut facile earum sensus appareat quod in ho-
mine est multo evidencius primum ex ea cari-
tate que est inter natos et parentes que
dirimi nisi detestabili scelere non potest Deinde
cum similis sensus extiterit amoris si aliquem
nacti sumus cuius cum moribus et natura congruamus

Ita quod in eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis
perspicere videamur Nichil est virtute enim amabi-
lius nichil quod magis alliciat ad diligendum
quippe cum propter virtutem et probitatem etiam eos quos
numquam vidimus quodam modo diligamus Quis
est enim qui C. Fabricii M. Curii non cum caritate

aliqua et benivolencia memoria consequi quos
nunquam viderit. Quis autem est qui tarquinium
superbum qui spurium cassium spurium melium non
oderit. Cum duobus ducibus de imperio in
ytalia est decertatum pirro et hanibale
ab altero propter probitatem eius non nimis alienos
animos habemus alterum propter crudelitatem semper hec
civitas oderit. quod si tanta vis probitatis est ut eam
vel in eis quos numquam vidimus vel quod maius
est in hoste etiam diligamus. Quid mirum si
animi hominum moveantur cum eorum quibuscum usu coniun-
cti esse possunt virtutem et probitatem perspicere ~~accepto~~ videantur
Quamquam confirmatur amor et beneficio accepto et studio
et studio perspecto et consuetudine adiuncta. Quibus
rebus ad illum primum motum animi et amoris ad-
hibitis admirabilis quedam exardescit benivo-
lencie magnitudo. quam si qui putant ab imbe-
cillitate proficisci ut sit per quem assequa-
tur quod quisque desideret humilem sane relinquunt
et minime generosum ut ita dicam ortum amicicie
quam ex inopia et indigentia natam volunt.
Quod si ita esset ut quisque minimum in se esse
arbitraretur ita ad amiciciam esset aptissimus. quod
longe secus est. ut enim quisque sibi plurimum confidit
ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus
est ut nullo egeat suaque omnia in se ipso posita
iudicet, ita in amiciciis expetendis colendis-
que maxime excellit. Quid enim? Africanus

indigens mei minime certe / at ut ego quidem
illius. Sed ego admiratione quadam virtutis eius
ille vicissim opinione fortasse non nulla quam
de meis moribus habebat me dilexit. Auxit
eciam benivolenciam consuetudo. Sed quamquam utili-
tates multe et magne consecute sunt / non sunt
tamen ab earum spe cause diligendi profecte. Ut
enim benefici liberales que sumus non ut exigamus
graciam / neque enim beneficium feneramur / sed natura propensi
sumus sicut studiosi agiles propensi ad liberalitatem
sumus sic ad amiciciam non spe mercedis
adducti / sed quod omnis eius fructus in ipso amore
inest / expetendam esse putamus. Ab hiis qui
pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt
longe dissentientes. Nec mirum nichil altum
nichil magnificum ac divinum suspicere possunt
qui suas cogitaciones omnes adiecerunt in rem
tam humilem tamque contemptam. Quam ob rem
hos quidem ab hoc sermone removeamus. Nos
ipsi autem intelligamus natura gigni sensum dili-
gendi et benivolencie caritatem facta signi-
ficacione probitatis. Quam qui appetiverunt appli-
cant se et propius admovent ut et usu eius quem
diligere ceperunt fruantur et moribus sint-
que pares in amore et equales propensioresque
ad bene merendum quam ad reposcendum. Atque hec

inter eos sit honesta certatio. Sic et utilitates
ex amicitia maxime capientur et erit ortus
a natura quam ab imbecillitate gravior et verior. Nam
si utilitas amicitias conglutinaret eadem commu-
tata dissolveret. Sed quia natura mutari non potest
idcirco amicitie vere sempiterne sunt. Ortum quidem
amicitie videtis nisi quid ad hec forte vultis.
F. Tu vero perge o Leli pro hoc enim qui minor
est natu meo iure respondeo. S. Recte tu quidem.
Quam ob rem audiamus. L. Audite vero optimi
viri ea que sepissime inter me et Scipionem
de amicitia disserebantur. Quamquam ille quidem
nihil difficilius esse dicebat quam amicitiam ad
extremum vite diem permanere. Nam vel ut non
idem expediret incidere sepe vel ut de re pu-
blica non idem sentiretur. Mutari etiam mo-
res hominum sepe dicebat alias adversis rebus
alias etate ingravescente. Atque earum rerum
exemplum ex similitudine capiebat ineuntis etatis
quod summi puerorum amores sepe una cum prete-
xta toga sumpta deponerent. Sin autem ad
adolescentiam perduxissent dirimi tamen interdum con-
tentione vel uxorie condicionis vel commodi ali-
cuius quod idem adipisci uterque non posset. Quod
si qui in amicitia longius provecti essent
tamen sepe labefactari dicebat. Si in honoris

gtentio[n]e[m] vel uxorie co[n]dicio[n]is vel co[mmo]di alicui[us] q[uo]d idem adipisci no[n] possent. pestem

Nulla e[ss]e maiore[m] in amiciciis q[uam] in plerisq[ue]
pecunie cupiditate[m] at in optimis quib[us]q[ue] ho-
noris certamen et gl[ori]e ex quo inimicicias ma-
ximas inter amicissimos sepe extitisse dice-
bat. Magna etia[m] dissidia et plerumq[ue] iusta
nasci cu[m] aliquid ab amicis quod rectu[m] no[n] esset
postularet[ur] ut aut ministri libidinis aut
adiutores essent ad iniuriam. Quod qui recusa-
rent q[ua]mvis honeste id facerent ius tamen amicicie deserere
arguerent[ur] ab hiis quib[us] obsequi nollent.

Illos aut[em] quidvis ab amico auderent postu-
lare postulacio[n]e ipsa p[ro]fiteri omnia se amici
causa esse facturos. Eoru[m] querela inveterata
non modo familiaritates extingui solere
sed odia. Sed odia etia[m] gigni sempiterna.
Hec itaq[ue] multa q[uasi] fata impendere amiciciis
ut omnia subter fuge[re] no[n] modo sapie[ntie] s[ed] et[iam]
felicitatis diceret sibi vide[ri]. Qua[m] ob re[m] id p[ri]m[um]
videamus si place[t] q[ua]t[en]us amor in amicicia
p[ro]gredi debeat. Nu[m] si Coriolanus habuit ami-
cos ferre [contra] patriam arma illi cu[m] Corio-
lano debuerunt. Tyberiu[m] quid[em] gracchu[m] re[m]
publica[m] vexante[m] a q[ui]nto Tuberone equali-
bus q[ue] amicis derelictu[m] videbamus. At C. Blos-
sius Cumanus hospes familie vestre. Sc[evola] cu[m] ad
me quod aderam cu[m] Lenate et Rutilio [con]silio

in consilio dederat venisse. Nam ut sibi igno-
scerem causam afferebat quod tanti Tiberium Gracchum
fecisset ut quidquid ille vellet sibi faciendum putaret
Tum ego etiam ne si te in capitolium faces ferre
vellet. Nunquam inquit voluisset id quidem sed si voluisset pa-
ruissem. Videtis quam nepharia vox et certe ita
fecit vel plus etiam quam dixit non enim paruit
ille Tiberii Gracchi temeritati sed prefuit nec
se comitem illius furoris sed ducem prebuit
Itaque hac amentia perterritus nova questione
in Asiam profugit ad hostes se contulit penas
reipublice graves iustas quam persolvit. Nulla
igitur est excusatio peccati si amici causa peccaveris
Nam cum conciliatrix amicicie virtutis opinio fuit
difficile est amicitiam manere si a virtute de-
feceris. Quod si rectum statuerimus vel concedere amicis
quidquid velint vel impetrare ab hiis quidquid
velimus perfecta quidem sapientia si simus nichil haberet
res vitii sed loquimur de hiis amicis qui ante
oculos sunt quos videmus aut de quibus memo-
riam accepimus quos novit vita communis. Ex
hoc numero nobis exempla sumenda sunt et
eorum quibus maxime qui maxime ad sa-
pientiam accedunt. Videmus Paulum Emilium
Luscinio familiarem fuisse sic a patribus acce-
pimus bis una consules et collegas fuisse in

censura / tum et cum hys et inter se coniunctissimos
fuisse Curium et Tiberium Coruncanium memorie
traditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus
quemquam horum ab amico quippiam contendisse / quod
contra fidem / contra iusiurandum contra rem publicam
esse. Nam hoc quidem in talibus viris quid attinet
dicere. Si enim contendisset scio impetraturum non
fuisse cum illi sanctissimi fuerint viri. Eque autem
nephas sit tale aliquid et facere rogatum et ro-
gare. At vero tyberium graccum sequebatur Gaius
carbo Gaius Catho et minime tunc quidem C.
frater nunc idem acerrimus. Hec lex in ami-
cicia sanciatur ut neque rogemus res turpes neque
faciamus rogati. Turpis enim excusatio est et minime
accipienda tum in ceteris peccatis / tum si quis contra re-
publicam se amici causa fecisse fateatur. Etenim
eo loco Fanni et Scevola locati sumus ut nos
longe prospicere oporteat futuros casus reipublice.
Deflexit enim iam aliquantulum de spacio curriculo
consuetudo maiorum. Tiberius graccus regnum
occupare conatus est / vel regnavit is quidem
paucos menses. Numquid simile populus romanus
audierat aut viderat. Hunc etiam post mortem
secuti amici et propinqui quid in publio
Scipione effecerint sine lacrimis non queo dicere.
Nam carbonem quoquomodo potuimus propter recentem
penam tyberii gracci sustinuimus. De C.

aut gratiam tribunatu quid expectem non licet
augurari. Serpit deinde res que proclivis ad per-
niciem cum semel cepit labitur. Videtis in tabella
iam ante quanta sit facta labes primo Gabinia
lege biennio autem post Cassia. Videre iam videor
populum a senatu disiunctum et multitudinis ar-
bitrio res maximas agi. Plures enim discent
quemadmodum hec fiant quam quemadmodum his
resistatur. Quorsum hec? Quia nemo sine sociis
quicquam tale conatur. Precipiendum est igitur bonis
ut si in huiusmodi amicitias ignari casu aliquo
inciderint ne existiment se ita alligatos ut
ab amicis in magna aliqua rempublicam peccanti-
bus non discedant. Improbis autem pena sta-
tuenda ut non minor his qui secuti sunt alium
quam his qui fuerint ipsius impietatis duces. Quis
clarior in Grecia Themistocle quis potentior
qui cum imperator bello Persico servitute Greciam
liberasset propterque invidiam in exilium expulsus esset
ingrate iniuriam non tulit quam ferre debuit
fecit idem quod viginti annis ante apud nos
fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam in-
ventus est nemo. Itaque uterque sibi mortem
conscivit. Quare talis improborum consensio non modo
excusatione amicitie tegenda non est sed omni
potius supplicio vindicanda ut ne quis concessum
putet vel amicum bellum patrie inferentem sequi
quod quidem ut res esse cepit haud scio an aliquando

futurum sit. In antiquis quoniam maiore cura est qualis
res publica post mortem meam futura sit quam qualis
hodie sit. Haec igitur prima lex amicitie sanc-
tiatur ut ab amicis honesta petamus amicorum
causa honesta faciamus ne expectemus quidem dum
rogemur studium semper assit cunctatio absit consilium
vero dare gaudeamus libere. plurimum in amicitia
amicorum bene suadentium valeat auctoritas ea-
que adhibeatur ad monendum non modo aperte sed
acriter si res postulabit et adhibite auctoritati
pareatur. Nam quibusdam quos audio sapientes
habitos in grecia placuisse opinor mirabilia
quedam sed nichil est quod illi non persequantur
suis argumentis partim fugiendas esse nimias
amicitias ne necesse sit unum sollicitum pro pluribus
dicunt enim satis superque esse suarum cuique sibi suarum
rerum alienis nimis implicari molestum
esse commodissimum esse quam laxissimas habenas
habere amicitie quas vel adducas cum velis vel
remittas. Caput enim ad bene vivendum esse se-
curitatem. qua frui animus non possit si tamquam
parturiat unus pro pluribus alios autem dicere
multo etiam inhumanius quem locum breviter
perstrinxi paulo ante presidii adiumenti que causa
non benivolentie neque caritatis amicitias esse
expetendas. Itaque ut quisque minimum firmitatis
haberet minimum que virium ita amicitias appe-
tere maxime ex eo fieri ut mulierculae magis

amiciciarum presidia querunt qui viri inopes quam opu-
lenti et calamitosi quam hii qui putantur esse beati.
O preclaram sapientiam. Solem enim e mundo tollere videntur
qui amiciciam e vita tollunt qua nichil a diis immor-
talibus melius habemus nichil iocundius. Que est enim
ista securitas? specie quidem blanda, sed reapse multis
in locis repudianda. Neque enim est consentaneum ullam
honestam rem actionemve ne sollicitus sis aut non
suscipere aut susceptam deponere. Quod si curam fugi-
mus virtus fugienda est, que necesse est cum aliqua
cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit, ut
bonitas malitiam, temperantia libidinem, fortitudo
ignaviam. Itaque videas rebus iniustis iustos ma-
xime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis mo-
destos. Ergo hoc proprium est animi bene constituti
et letari bonis rebus et dolere contrariis. Quamobrem
si cadit in sapientem animi dolor qui profecto
cadit nisi ex eius animo extirpatam humanitatem
arbitramur, que causa est cur amiciciam tollamus
funditus e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus
molestias. Quid enim interest motu animi sublato
non dico inter hominem et pecudem sed inter
hominem et truncum aut saxum aut quidvis generis
eiusdem? Neque enim sunt audiendi qui virtutem
duram et quasi ferream quandam esse volunt, que
quidem est tum in multis rebus tum in amicicia te-
nera atque tractabilis, ut bonis amici quasi
diffundantur et incommodis contrahantur

Quam obrem angor iste qui pro amico sepe capi-
endus est non tantum valet ut tollat de vita amiciciam
non plus quam virtutes quia nonnullas curas et
molestias afferunt repudientur. Cum autem con-
trahat amiciciam ut supra dixi si qua significacio
virtutis eluceat ad quam se similis animus applicet
et adiungat id cum contigerit ut amor exoriatur
necesse est. Quid enim tam absurdum quam delectari
multis inanibus rebus ut honore ut gloria ut
edificio ut vestitu cultuque corporis. Animo autem
virtute predito eo qui vel amare vel ut ita dicam
redamare possit non admodum delectari. Nichil enim
est remuneracione benivolencie nichil vicissitudine
studiorum officiorumque iocundius. Quod si eciam illud
addimus quod recte addi potest nichil esse quod ad se rem
ullam tam alliciat et tam attrahat quam ad
amiciciam similitudo concedetur profecto verum esse
ut bonos boni diligant asciscantque sibi quasi
propinquitate coniunctos atque natura. Nichil enim est appe-
tencius similium sui nec rapacius quam natura. Quam
obrem hoc quidem Fanni et Sceuola constat
ut opinor bonis inter bonos quasi necessariam beni-
volenciam esse que est amicicie fons a natura
constitutus. Sed eadem bonitas eciam ad multitudinem
pertinet. Non est enim inhumana virtus neque immunis
neque superba que eciam populos universos tueri eis
consulere optime soleat. Quod non faceret profecto

si a caritate vulgi abhorreret, atque etiam in gaudium
videtur. Cum utilitatis causa fingunt amicitias
amabilissimum nodum amicitie tollere. Non enim tam
utilitas parta per amicum quam amici amor
ipse delectat, tuncque illud fit quod ab amico est pro-
fectum iocundum si cum studio profectum est, tantumque
a veritate abest ut amicitie propter indigentiam
colantur ut hii qui opibus et copiis maximeque
virtute prediti in qua plurimum est presidii minime
alterius indigeant liberalissimi sint et be-
neficentissimi. Atque haud scio an ne opus sit
quidem nichil umquam omnino deesse amicis. Ubi
enim studia nostra viguissent, si numquam consilio numquam
opera nostra nec domi nec militie Scipio eguisset?
Non igitur utilitatem amicitia sed utilitas amicitiam
secuta est. Non ergo erunt homines deliciis dif-
fluentes audiendi si quando de amicitia quam nec
usu nec racione habent cognitam disputabunt.
Nam quis est pro deorum fidem atque hominum fidem qui
velit ut neque diligat quemquam nec ab ullo ipse
diligatur circumfluere omnibus
copiis atque in omni rerum habundancia para prime
vivere? Hec est enim tirannorum vita nimirum
in qua nulla fides nulla caritas nulla stabilis
benivolentie potest esse fiducia et in qua omnia
semper suspecta atque sollicita sunt et nullus locus
amicicie esse potest. Quis enim aut eum diligat

quem metuit aut eum a quo se metui putet. Co-
luntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus. Quod si forte
ut fit plerumque ceciderint, tunc intelligitur quam inopes
amicorum fuerint. Quod Tarquinium dixisse ferunt exulantem:
se intellexisse quos fidos habuisset, quos infidos, cum
iam neutris gratiam referre posset. Quamquam miror
in illa superbia et importunitate si quemquam amicum
habere potuit. Atque ut huius quem dixi mores veros
amicos parare non potuerunt, sic multorum opes
prepotentium excludunt amicitias fideles. Non solum
enim ipsa fortuna ceca est, sed eos etiam plerumque
efficit cecos quos complexa est. Itaque illi ef-
feruntur fere fastidio et contumacia, nec quicquam
insipiente fortunato intollerabilius fieri potest.
Atque hoc quidem videre licet eos qui antea commodis
fuerint moribus, imperio, potestate, prosperis rebus
immutari, sperni ab his veteres amicitias, indul-
gere novis. Quid autem stultius quam cum plurimum
copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare
que parantur pecunia, equos, famulos, vestem egre-
giam, vasa preciosa, amicos autem non parare, op-
timam et pulcherrimam, ut ita dicam, vite supel-
lectilem. Etenim cetera cum parant, cui parent nesciunt,
nec cuius causa laborent; eius enim est istorum
quidque qui vicit viribus; amicitiarum sua cuique per-
manet stabilis et certa possessio, ut etiam si
illa maneant que sunt quasi dona fortune,
tamen vita inculta et deserta ab amicis non possit

esse secunda. Sed hec hactenus. Constituendi autem
sunt qui fines sint in amicitia et qui sint
quasi termini diligendi. De quibus video tres sententias fer-
ri, quarum nullam probo: unam ut eodem modo erga amicum
affecti simus quo erga nosmet ipsos; alteram ut
nostra in amicos benivolencia est ita illorum
erga nosmet ipsos benivolencie pariter equaliterque
respondeat; terciam ut quanti quisque se ipsum faciat
tanti fiat ab amicis. Harum trium amiciciarum
sentenciarum nulli prorsus assentior. Nec enim illa prima vera
est ut quemadmodum in se quisque sit sic in amicum
sit animatus. Quam multa enim que nostra causa numquam fa-
ceremus facimus causa amicorum: precari ab indigno,
supplicare pro amico, tunc acerbius, que in nostris
rebus non satis honeste, in amicorum fiunt ho-
nestissime; multeque sunt res in quibus de suis
comodis viri boni detrahunt multa detrahique
paciuntur, ut hiis amici pocius quam ipsi fruantur.
Altera sententia est que diffinit amiciciam paribus
officiis ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue
et exiliter ad calculos vocare amiciciam ut
par sit racio acceptorum et datorum. Dicior mihi
et affluencior videtur vera esse amicicia nec observare
nare restricte ne plus reddat quam acceperit. Neque
enim hoc verendum est ne quid excidat aut
ne quid in terram defluat aut ne quid plus
equo in amiciciam congeratur. Tercius vero finis ille
deterrimus est ut quanti quisque se ipsum faciat tanti

sat ab amicis Saepe enim in quibusdam aut animus
abiectior est aut spes amplificande fortune frac-
tior non est igitur amici talem esse in eum qualis ille
in se est Sed potius eniti et efficere ut amici ia-
centem animum excitet inducatque in spem cogi-
tacionemque meliorem Alius igitur finis vere amicicie
constituendus est si prius quod maxime reprehendere
Scipio solitus sit Dixero negabat ullam vocem
amicicie inimiciorem potuisse reperiri quam eius qui
dixisset ita amare oportere ut aliquando esset osu-
rus nec vero se adduci posse ut hoc quemadmodum
putaretur a biante esse dictum crederet qui sapiens
habitus esset unus e septem sed impuri cuiusdam aut
ambiciosi aut omnia ad suam potentiam revocantis
esse sententiam Quonam modo enim quisquam amicus poterit
esse eius cui se putabit inimicum esse posse Quin
eciam necesse erit cupere et optare ut quam sepissime
peccet amicus quo plures sibi det tamquam ansas
ad reprehendendum Rursum autem recte factis commodisque
amicorum necesse erit angi dolere et invidere
Quare hoc quidem preceptum cuiuscumque est
ad tollendam amiciciam valet illud potius pre-
cipiendum fuit ut eam diligenciam adhiberemus
in amiciciis comparandis ut nequando amare in-
ciperemus eum quem aliquando odisse possemus Quin eciam
si minus felices in diligendo fuissemus ferendum
id Scipio potius quam inimiciciarum tempus cogitandum
putabat His igitur finibus utendum arbitror
ut cum emendati mores amicorum fuerint

ut sit inter eos omnium rerum consiliorum voluntatum
sine ulla exceptatione communitas ut etiam si qua
fortuna acciderat ut minus iuste amicorum
voluntates sint adiuvande in quibus eorum aut
de capite agatur aut de fama declinandum
est de via modo ne summa turpitudo sequatur
Est enim quatenus amicitie dari venia possit nec
vero negligenda est fama nec mediocre telum ad
res gerendas existimare oportet benivolentiam
civium quam blandiciis et assentacionibus colligere
turpe est Sed virtus quam sequitur caritas minime re-
pudianda est Sed sepe enim redeo ad scipionem
cuius omnis sermo erat de amicitia Querebatur
enim quod in omnibus rebus homines diligentiores essent
capras et oves quot quisque haberet dicere posset
amicos vero quot haberet non posset Et in illis
quidem parandis adhibere curam in amiciciis dili-
gendis negligentes esse nec habere quasi signa quedam
Et signas notas quibus eos qui ad amiciciam
essent idonei iudicarent Sunt igitur firmi stabiles
et constantes eligendi ad amiciciam cuius generis ma-
gna est penuria et iudicare difficile est nisi
expertum sit Experiendum autem est in amicicia ipsa
itaque precurrit amicicia iudicium tollitque experi-
endi potestatem Est igitur prudentis sustinere ut cursum
sic impetum benivolentie quo utamur quasi
equis temperatis Sic amiciciis aliqua ex parte
periclitatis moribus amicorum Quidam sepe in parva
pecunia perspiciuntur inconstantes Quidam autem

quos pecunia movere non potuit cognoscuntur
in magnis. si vero erunt reperti qui pecuniam pre-
ferri amicicie sordidum existiment, ubi eos inveniemus
qui honores magistratus imperia potestates opes am-
icicie non anteponant, ut cum ex altera parte proposita
hec sint, ex altera vis amicicie, non multo illa
malint. Imbecilla enim natura est ad contempnen-
dam potenciam, quam et si neglecta amicicia
consecuti sint, obscuratum iri arbitrantur, quia non sine
magna causa sit neglecta amicicia. Itaque vere
amicicie difficillime reperiuntur in hiis qui ho-
noribus reque publica versantur. Ubi enim istum
invenies qui honorem amici anteponat
suo. Quid ut hec omittam quam graves quam diffi-
ciles plerisque videntur calamitatum societates,
ad quas non est facile inventus qui descendat.
Quamquam Ennius recte: amicus certus in re in-
certa cernitur. tamen hec duo vicia levitatis et
infirmitatis plerosque convincunt, aut si in bonis
rebus contempnunt aut in malis deserunt.
Qui igitur utraque in re gravem constantem stabilem
se in amicicia prestiterit, hunc ex maxime raro
genere hominum iudicare debemus et pene divino.
Firmamentum autem stabilitatis et constancie est eius
quam querimus in amicicia fidei. nichil enim est
stabile quod infidum est. simplicem enim et communem
et consentientem, idem qui rebus hiisdem
moveatur, eligi par est, que omnia pertinent

ad fidelitatem Neque enim fidum potest esse multiplex in-
genium et tortuosum neque vero qui non eisdem
rebus movetur neque natura consentit aut fidus aut sta-
bilis esse potest Addendum eodem est ut ne criminibus
aut inferendis delectetur amicus aut credat oblatis
que omnia pertinent ad eam quam iamdudum tracto
constanciam Itaque fit illud quod initio dixi amici-
ciam nisi inter bonos esse non posse Est enim
boni viri quem eundem sapientem dicere licet hec
duo tenere in amicicia primum ne quid fictum
sit neve simulatum aperte enim vel odisse vel ama-
re magis ingenui est quam fronte occultare sentenciam
Deinde non solum ab aliquo oblatas criminaciones
repellere debet sed ne ipsum quidem esse suspiciosum
semper aliquid existimantem ab amico esse violatum
Accedat huc suavitas quedam oportet sermonum
atque morum haudquaquam mediocre condimentum amici-
cie Tristicia autem et in omni re severitas
habet illa quidem gravitatem sed in amicicia re-
missior esse debet et liberalior et dulcior et
ad omnem comitatem facilitatemque proclivior Exi-
stit autem hoc loco quedam questio subdifficilis
num quando amici novi digni amicicia veteribus
sint anteponendi ut equis vetulis teneros ante-
ponere solemus indigna hec est in homine du-
bitacio Non enim debent esse amiciciarum sic

aliarum rerum varietates Veterrima queque ut
ea vina que vetustatem ferunt esse debet suavis-
sima Verumque est illud quod dicitur multos modios
salis simul edendos esse ut munus amicitie
expletum sit Novitates vero si spem ita afferant
ut tamquam in herbis non fallacibus fructus appa-
reat non sunt ille quidem repudiande Vetustas
in suo loco conservanda est maxima est enim vis
consuetudinis vetustatis Quin in ipso equo cuius mo-
mentionem feci si nulla res impediat nemo est
qui non eo quo consuevit libentius utatur quam in-
tractato et novo nec vero in hoc solum quod est animal
Sed etiam in hiis que sunt inanimata valet consuetudo
Cum locis ipsis delectemur montuosis et etiam sil-
vestribus in quibus diutius commorati sumus Sed
maximum est in amicitia parem esse inferiori
superiorem Sepe enim excellentie quedam sunt qualis erat
Scipionis in nostro ut ita dicam grege numquam se
ille Philo numquam Rutilio numquam Mummio anteposuit
numquam inferioris ordinis amicis Quintum vero ma-
ximum fratrem virum egregium nequaquam sibi omnino
parem quod is anteibat etate tamquam superiorem
colebat suos quoque omnes per se esse posse ampliores
volebat quod faciendum imitandumque est omnibus
ut si quam prestantiam virtutis ingenii fortune con-
secuti sint impartiant ea suis communicentque cum
proximis ut si parentibus nati sint humilibus

si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna
vel genere eorum augeant opes eosque honori et di-
gnitati sint ut in fabulis dicitur qui aliquandiu
propter ignorantiam stirpis et generis in famulatu fue-
runt. Cum cogniti et aut deorum aut regum
filii inventi sunt retinent tamen caritatem in pastores quos
patres per multos annos esse duxerunt. Quod quidem multo
magis in veris patribus certisque faciendum. Fructus enim
ingenii et virtutis omnisque prestantie tunc maximus
capitur cum in proximum quemque confertur. Ut igitur hii qui
sunt in amicitie coniunctionisque necessitudine super-
iores exequare se cum inferioribus debent. Sic
inferiores non debent dolere se a suis aut inge-
nio aut fortuna aut dignitate superari. quorum
plerique aut queruntur semper aliquid aut etiam exprobrant
eoque magis si habere putant quod officiose et amice
et cum labore suo aliquo factum esse queant dicere.
Odiosum sane est genus hominum officia exprobrancium
que meminisse debet his in quem collata sunt non
commemorare qui contulit. Quam ob rem ut hii qui super-
iores sunt submittere se debent in amicitia sic quodam
modo inferiores extollere. Sunt enim quidam qui mo-
lestas amicitias faciunt cum ipsi contempni se pu-
tant. Quod non fere contingit nisi hiis qui etiam
contempnendos se arbitrantur qui hac opinione non
modo verbis sed etiam opere levandi sunt. Tantum autem
tribuendum est cuique primum quantum ipse efficere possis
Deinde etiam quantum ille quem diligas atque

admiratus sustinere possit. Non enim tu possis quamvis
excellas omnes tuos ad honores am-
plissimos perducere, ut Scipio P. Rupilium potuit consulem
efficere, fratrem eius Lucium non potuit. Quod si etiam possis
quidvis deferre ad alterum, videndum est tamen quid ille
possit sustinere. Omnino enim amicitie corroboratis iam
confirmatisque et ingeniis et etatibus iudicande
sunt. Nec si qui ineunte etate aut venandi
aut pile studiosi fuerint, eos habere necessarios quos
tum eodem studio preditos dilexerunt. Isto enim modo nu-
trices et pedagogi iure vetustatis plurimum be-
nivolentie postulabunt, qui neglegendi quidem non sunt. Alio enim
amicitie stabiles esse non possunt. Dispares enim mores
disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dis-
sociat amicitias. Nec ob aliam causam ullam boni
improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod
tanta est inter eos quanta maxima potest esse morum
studiorumque distantia. Recte enim precipi potest in ami-
citiis, ne qua intemperata quedam benivolentia,
quod sepe fit, impediat magnas utilitates amicorum.
Neque enim ut ad fabulas redeam Troiam Neo-
ptolemus capere potuisset, si Lycomedem, apud quem
erat educatus, multis cum lacrimis iter suum impe-
dientem audire voluisset. Et sepe incidunt ma-
gne res ut discedendum sit ab amicis, quas qui
impedire vult eo quod desiderium non facile ferat

is infirmi mollesque natura sunt et hi ob eam ipsam causam
in amicitia parum iniusti. atque in omni re considerandum
est / et quid postules ab amico et quid eum patia-
re a te impetrari. Est etiam quedam calamitas
in amicitiis dimittendis non numquam necessaria iam
enim a sapientum familiaritatibus ad vulgares
amicitias oratio nostra delabitur. erumpunt sepe vi-
cia amicorum / tum in ipsos amicos tum in alienos
quorum tamen ad amicos redundat infamia. Tales
igitur amicicie sunt remissione usus evellende et
ut Cathonem dicere audivi magis dissuende quam
discindende nisi quedam ad modum intollerabilis
iniuria exarserit / ut neque rectum neque honestum
ut fieri possit / ut non statim alienatio disiunctio
que facienda sit. Sin autem aut morum aut studiorum
commutatio quedam ut fieri solet facta erit / aut in
reipublice partibus dissensio intercesserit / loquor
enim iam ut paulo ante dixi / non de sapientum
sed de communibus amiciciis cavendum erit / ne non
solum amicitie deposite sed etiam inimicicie su-
scepte videantur. Nichil enim turpius quam cum eo
bellum gerere / quocum familiariter vixeris. ab ami-
cicia. Q. pompeii meo nomine se removerat
ut scitis scipio propter dissensionem autem / que erat
in republica alienatus est a collega nostro me-
tello utrumque egit graviter auctoritate et offen-
sione animi non acerba. Quam ob rem primum
danda est opera ne qua amicorum dissidia fiant

paulatim dissolute
sin autem ille aliquid exciuit ut extincte potius
appetite
amicitie quam oppresse videantur. Cavendum vero est
familiaritates
ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitie
rixe et appellant
ex quibus iurgia maledicta contumelie gignuntur
que tamen si tollerabiles erunt ferende sunt, et hic
honos veteri amicitie tribuendus est ut is in
culpa sit qui faciat non is qui patitur iniuriam.
Omnino horum vitiorum atque etiam incommodorum
una cautio est atque una provisio, ut ne nimis cito
diligere incipiant neve indignos. Digni autem
amicitia sunt quibus ipsis inest causa cur diligantur.
Rarum genus enim et quidem omnia preclara rara sunt.
Et quidquam difficilius quam reperire quod sit omni
ex parte in suo genere perfectum. Sed plerique neque in huma-
nis rebus quidquam bonum norunt nisi quod
fructuosum sit et amicos tamquam pecudes eos
diligunt ex quibus maximos fructus se sperant
esse capturos. Itaque illa pulcerrima et ma-
xime naturali carent amicitia per se et propter se expe-
tenda, nec ipsi sibi exemplo sunt hec vis amicitie
qualis et quanta sit. Ipse enim se quisque diligit
non ut aliquam a se ipso mercedem exigat caritatis
sue, sed quod per se quisque sibi carus est. Quod nisi idem
in amicitiam transferatur, verus numquam amicus
reperietur. Est enim is qui est tamquam alter idem.
Quod si hoc apparet in bestiis, volucribus, natatilibus,
agrestibus, cicuribus, feris, ut se ipse diligant
id enim pariter cum omni animante nascitur. Deinde

ut requirat atque appetat ad quas se applicet eius-
dem generis animantes idque faciunt cum desiderio et cum qua-
dam similitudine amoris humani / quanto id magis in
homine fit natura qui et ipse se diligat et alterum
adquirat cuius animum ita cum suo misceat ut
efficiat unum pene ex duobus Sed plerique perverse
ne dicam impudenter talem amicum habere volunt quales
ipsi esse non possunt / queque ipsi non tribuunt amicis
hec ab illis desiderant / par est autem / primum
ipsum esse virum bonum / tum alterum similem sui querere
in talibus ea quam iam dudum tractabamus stabi-
litas amicitie confirmari potest cum homines benivo-
lentia iuncti primum cupiditatibus hiis quibus
ceteri serviunt imperabunt Deinde equitate iusticia-
que gaudebunt omniaque alter pro altero suscipiet /
neque quicquam umquam nisi honestum et rectum alter
ab altero postulabit neque solum colent se inter
se ac diligent / sed etiam verebuntur Nam maximum
ornamentum amicitie tollit qui ex ea tollit
verecundiam / itaque perniciosus est in hiis error qui
existimant libidinum peccatorumque omnium in amicicia
patere licentiam / Nam virtutum amicicia adiutrix
a natura data est non viciorum comes ut quoniam soli-
taria non posset virtus ad ea que summa sunt
pervenire / coniuncta et consociata cum altera perveniret
Que si quos inter societas aut est aut fuit aut
futura est eorum est habendus ad summum nature bonum

optimum utilissimumque communitatum. Nec est magis
societas in qua omnia insunt que putant homines
expetenda honestas gloria tranquillitas animi
atque iocunditas ut cum hec adsint beata vita
sit et sine hijs esse non possit. Quod cum optimum
maximumque sit si id volumus adipisci virtuti
opera danda est sine qua nec amicitiam nec
ullam rem expetendam consequi possimus. Ea vero
neglecta qui sese amicos habere arbitrantur
tum se denique errasse sentiunt cum eos gravis aliquis
casus experiri cogit. Quocirca dicendum est
enim sepius cum iudicaveris diligere oportet non cum dile-
xeris iudicare. Sed cum multis in rebus negligentia
plectimur tum maxime in amicis et diligendis et
colendis preposteris enim utimur consiliis et acta agi-
mus que vetamur fieri veteri proverbio. Nam impli-
cati ultro et citro vel usu diuturno vel etiam
officiis repente in medio cursu amicitias ex-
orta aliqua offensione dirumpimus. Quo etiam
magis vituperanda est rei maxime necessarie tanta
incuria. Una enim est amicitia in rebus humanis
de cuius utilitate omnes uno ore consentiunt. Quamquam
a multis virtus ipsa contempnitur et venditatio quedam
et ostentatio esse dicitur. Multi divitias despi-
ciunt quos parvo contentos tenuis victus cultusque
delectat. Honores vero quorum cupiditate quidam
inflammantur quam multi ita contempnunt ut nichil
esse levius nichil inanius existimant. Iter[um]

quod cetera que in quibusdam mirabilia videntur per
multi sunt qui pro nichilo putent / de amicicia
omnes ad unum idem sentiunt et hii qui ad rem
publicam se contulerunt / et hii qui rerum cognicionem
doctrinaque delectantur / et hii qui suum negocium gerunt
ociose / postremo et hii qui se totos tradiderunt
voluptatibus sine amicicia vitam esse nullam sentiunt
si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere / Serpit
enim nescio quo per omnium vitas amicicia nec ullam
etatis degende racionem patitur esse expertem sui / quin etiam
si quis asperitate ea est et immanitate nature
congressus ut societatem hominum fugiat atque oderit qualem
fuisse athenis tymonem nescio quem accepimus tamen
is pati non possit ut non adquirat aliquem apud
quem evomat virus acerbitatis sue / atque hoc maxime
indicaretur / si quid tale posset contingere ut aliquis
nos deus ex hac hominum frequencia tolleret et in sol-
litudine collocaret atque ibi suppeditans
omnium rerum quas natura desiderat / habundanciam et co-
piam hominis vero omnino aspiciendi potestatem eriperet /
quis tam esset ferreus qui eam vitam ferre posset
cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo
Verum ergo illud est quod est a terentino archita
ut opinor dici solitum nostros senes commemorare
audivi ab aliis senibus auditum / si quis in celum
ascendisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum
perspexisset insuavem illam admiracionem sibi fore
que iocundissima fuisset si aliquem cui narraret

non tam ipsum sic natura nil solitarium amat semperque ad
aliquid tamquam ad adminiculum annititur quod in amico
quoque dulcissimum est sed cum tot signis eadem natura declaret
quid natura velit aut quid querat aut desideret
tamen absurde scimus nescio quo modo nec ea que
ab ea monemur audimus est enim varius et multiplex
amicicie usus multe cause suspicionum et offensionum
dantur quas tum evitare tum elevare tum ferre sa-
pientis est una illa sublevanda est offensio
ut utilitas in amicicia et fides retineatur
Nam et amici sepe monendi sunt et obiurgandi
et hec accipienda sunt amice cum benivole fiunt
Sed nescio quo modo verum est quod in andria familiaris
meus terencius dicit obsequium amicos veritas
odium parit molesta siquidem est veritas si quidem ex
ea nascitur odium quod est venenum amicicie sed
obsequium est multo molestius quod peccatis indulgens
precipitem amicum ferri sinit maxima autem culpa
est in eo qui et veritatem aspernatur et in fraudem
obsequio impellitur omni igitur hac in re habenda
est racio et diligencia primum ut monitio acerbitate
deinde ut obiurgacio contumelia careat In ob-
sequio autem quoniam terenciano verbo libenter utimur
comitas assit assentacio viciorum adiutrix procul
amoveatur que non modo amico sed ne libero quidem
digna est aliter enim cum tyranno aliter cum amico
vivitur Cuius autem aures clause veritati sunt
ut ab amico verum audire nequeat huius

salus desperanda est. Scitum est illud Kathonis
proverbium, multo melius de quibusdam acerbos ini-
micos mereri quam eos amicos qui dulces videantur
illos sepe verum dicere, hos numquam. atque illud absurdum
est quod hii qui monentur eam molestiam quam debent
capere non ~~accipiunt~~ capiunt, eam capiunt qua debent
vacare. peccasse enim se non anguntur, obiurgari mo-
leste ferunt, quod contra oportebat delicto dolere, cor-
rectione gaudere, ut igitur et monere et moneri omnino
proprium est vere amicitie et alterum libere facere non
aspere, et alterum patienter accipere non repugnanter
sic habendum est nullam in amicitiis pestem esse
maiorem quam adulatorem blanditiis assentatorem quam-
vis enim multis nominibus est hoc vicium notandum,
levium hominum atque fallacium ad voluntatem loquentium
omnia, nil ad veritatem. Cum autem omnium rerum simulacio
viciosa est, tollit enim iudicium veri idque adulterat
tum amicitie repugnat maxime, delet enim veritatem
sine qua nomen amicitie valere non potest. Nam cum vis ami-
citie sit in eo ut unus quasi animus fiat ex pluribus,
qui id fieri poterit si non in uno quidem quoque unus animus
erit idem quod non semper, sed varius commutabilis et multiplex
Quid enim potest esse tam flexibile tam devium quam animus
eius qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem sed
etiam vultum atque nutum convertitur, negat quis nego, ait
aio, postremo imperavi egomet mihi omnia assen-
tari ut ait idem Terentius. Sed ille in Gnathonis
persona loquitur quod amicitie genus omnino levitatis

est adhibenda multi autem gnathonum sunt similes
cum sint loco fortuna fama superiores horum
est assentatio molesta cum ad vanitatem accessit
auctoritas Secerni autem blandus amicus a vero et
internosci tam potest adhibita diligentia quam omnia
fucata et simulata a sinceris et veris Contio que
ex imperitissimis constat tamen iudicare solet quid inter
sit inter popularem id est inter assentatorem et leve
civem et inter constantem severum et gravem Quibus
blanditiis C. papirius nuper influebat in
aures contionis cum ferret legem de tribunis
plebis reficiendis dissuasimus nos sed nihil de me
de scipione dicam libentius quanta illi dii immor=
tales fuit gravitas quanta in oratione maiestas ut
facile ducem romani populi non comitem diceres sed
affuistis et est in manibus oratio Itaque lex popularis
suffragiis populi repudiata est atque ut ad me re=
deam meministis Q. maximo fratre scipionis et
L. mancino consulibus quam popularis lex de sacer=
dotiis C. licinii crassi videbatur Cooptatio
enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur atque
is primus instituit in forum versus agere cum
populo tamen illius vendibilem orationem religio deorum
immortalium nobis defendentibus facile vincebat
atque id actum est pretore me quin=
quennio ante quam consul factus sum Itaque re

magis quam summa amicitie causa illa defensa
est quod si in scena, id est in contione in qua rebus fictis
et adumbratis loci plurimum est tamen verum valet si modo
id patefactum et illustratum est quid in amicitia fieri
oportet que tota veritate perpenditur in qua nisi ut
dicitur apertum pectus videas tuumque ostendas /
nichil fidum nichil exploratum habeas nec ama=
re quidem nec amari potest / cum id quam vere fiat igno=
res Quamquam ista assentatio quamvis perniciosa sit
nocere tamen nemini potest nisi qui eam recipit atque ea
delectatur Itaque fit / nocere ~~tamen nemini potest nisi qui~~
~~eam recipit~~ huius assentatoribus patefaciat aures
suas maxime ipse delectet omnino est amans sui virtus /
optime enim se ipsam novit quamque amabilis sit
intelligit ego autem non de virtute nunc loquor sed
de virtutis opinione. Virtute enim ipsa non tam praediti
multi esse / quam videri volunt hos delectat asse=
tatio / huius fictus ad ipsorum voluntatem sermo cum
adhibetur / orationem illam vanam testimonium laudum
suarum esse putant Nulla igitur est haec amicitia
cum alter verum audire non vult alter ad mentiendum
paratus est Nec in pastorum comediis assentatio
faceta nobis videretur / nisi essent milites gloriosi
Magnas vero gratias agere me Thais satis erat
inde magnas ingentes inquit semper auget
assentator / id quod huius cuius ad voluntatem dicitur

velit esse magnum. Cum ob rem quidem ista blan-
da vanitas apud eos valet qui ipsi illam allectant
sibi et invitant tum etiam graviores constantioresque ad-
monendi sunt ut animadvertant ne callida assen-
tatione capiantur. Aperte enim adulantem nemo non
videt nisi qui admodum est excors. Callidus ille
et occultus ne se insinuet studiose cavendum est. Nec
enim facillime agnoscitur quippe qui etiam adversando
saepe assentetur et litigare se simulans blandiatur
atque ad extremum det manus suas vincique se patiatur
ut is qui illusus sit plus vidisse videatur. Quid
autem turpius quam illudi? quod ut ne accidat ma-
gis cavendum est ut est illud parcimini. Ut hodie
me adduxisti ante omnes comicos meos stultos se-
nes illusisses atque ut misses lautissime faciam.
Hec enim etiam in fabulis stultissima persona est
improvidorum et credulorum senum. Sed nescio quo-
pacto ab amicitiis perfectorum hominum id est sapientium de
hac dico sapientia que videtur in hominem cadere
posse ad leves amicitias defluxit oratio nostra.
Quam ob rem ad illa prima redeamus eaque
concludamus aliquando. Virtus virtus inquam C. Fanni et
tu Q. Muci et conciliat amicitias et conser-
vat. In ea enim est convenientia rerum in ea
stabilitas in ea constantia que cum se extulit

et videt lumen suum et idem aspexit cognoscit
que in alio ad id se admovet vicissimque accipit
illud quod in altero est ex quo exardescit
sive amor sive amicitia utrumque enim dictum est
ab amando / amare autem nichil est aliud nisi eum
ipsum diligere quem ames nulla indigentia nulla
utilitate quesita que tamen ipsa efflorescit ex ami=
citia etiam si tu eam minus secutus sis Hac nos
adolescentes benivolencia senes illos L. paulum
M. Cathonem C. Gallum C. nasicam T. Grac
cum Scipionis nostri socerum dileximus hec etiam
elucet inter equales ut inter me et scipionem
L. B. p. Rutilium vicissim autem senes in
adolescentium caritate conquiescimus ut in vestra
et in Q. Tuberonis et quidam etiam ad modum
adolescentis p. Rutilii L. virginii familia=
ritate delector quoniam quidem ratio ita comparata
est vite nostre naturaque nostre et alia etas oriatur
maxime quidem optandum est ut cum equalibus
possis quibus cum e carceribus emissus sis cum
eisdem ad calcem ut dicitur pervenire possis.
Sed quoniam res humane fragiles caduceque sunt
semper aliqui exquirendi sunt quos vere
diligamus et a quibus diligamur caritate
enim benivolencia surrepta omnis e vita
sublata est iocunditas / michi quidem Scipio

quam quia est subito abreptus vivit tamen et vivet
virtute enim semper amavi illius viri que extincta
non est nec mihi soli versatur ante oculos qui
illam semper in manibus habui sed etiam po-
steris erit clara et insignis Nemo unquam
animo aut spe maiora suscipiet qui non
sibi illius memoriam atque ymaginem ponenda
putet / equidem ex omnibus rebus / quas mihi
aut natura aut fortuna tribuit / nichil habeo
quod cum Scipionis amicitia possim comparare
In hac quidem michi de republica consensus
in hac rerum privatarum consilium in eadem
requies plena oblectationis fuit ego nunquam
illum ne minima quidem re offendi quod quidem sen-
serim nichil enim audivi ab eo ipso quod au-
dire nollem Una domus erat nobis / idem
victus / isque communis neque solum militia sed
peregrinationes rusticationes quibus Nam quid
ego de studiis dicam cognoscendi semper
aliquid aut discendi in quibus remoti ab
oculis populi omne ociosum tempus contrivimus
quarum rerum recordatio ac sua memoria
si una cum illo occidisset desiderium coniunctissi-
mi atque amatissimi viri ferre nullomodo
possem sed neque illa extincta sunt aluntur
quod potius / et augentur cogitatione et memoria

mea / et si illis plane orbatus essem / magnum
tamen afferret michi etas ipsa solacium diutius
enim iam in hoc desiderio esse non possum / omnia
autem media tollerabilia esse debent etiam
si magna sint hec habui de amicitia que
dicerem Vos autem hortor ut ita virtutem
locetis sine qua amicitia esse non potest ut ea
excepta nichil amicitia prestabilius putetis

Incipit Noua Rethorica Tulij

Etsi in negocijs familiaribus impediti vix satis ocium studio suppeditare possumus et id ipsum quod datur ocij libentius in phylosophia consumere consueuimus tamen tua nos G. herenni voluntas commouit ut de racione dicendi conscriberemus ne aut tua causa noluisse aut fugisse nos laborem putares. et eo studiosius hoc negocium suscepimus quod te non sine causa velle cognoscere rethoricam intelligebamus. Non enim in se parum fructus habet copia dicendi et commoditas oracionis si recta intelligencia et deffinita moderacione animi gubernetur. Quas ob res illa que greci scriptores inanis arrogancie causa sibi assumpserunt reliquimus. Nam illi ne parum multa scisse viderentur ea conquisierunt que nichil attinebant ut ars difficilior cognitu putaretur. Nos autem ea que videbantur ad racionem dicendi pertinere sumpsimus. Non enim spe questus aut gloria commoti venimus ad scribendum quemadmodum ceteri sed ut industria nostra tue morem geramus voluntati. Nunc ne nimium longa sumatur oracio de re dicere incipiemus si te illud unum monuerimus artem sine assiduitate dicendi non multum iuuare ut intelligas hanc racionem preceptionis ad exercitacionem accommodari oportere. Oratoris officium est de hijs rebus posse dicere que res ad usum ciuilem moribus et legibus constitute sunt cum assensione auditorum quoad eius fieri poterit. Tria genera sunt causarum que recipere debet orator. demonstratiuum. deliberatiuum. iudiciale. Demonstratiuum est quod attribuitur in aliquam certe persone laudem vel vituperacionem. Deliberatiuum est in consultacione quod habet in se suasionem et dissuasionem. Iudiciale est quod positum est in controuersia et quod habet accusacionem aut peticionem cum defensione. Nunc quas res oratorem habere oporteat docebimus. Deinde quo modo has causas tractari conueniat ostendemus. Oportet igitur esse in oratore inuencionem

dispositionem. elocutionem. memoriam. pronunciationem.
Inventio est excogitatio rerum verarum aut veri-
similium que causam probabilem reddant. Dispositio
est ordo et distributio rerum que demonstrat quid
quibus locis sit collocandum. Elocutio est ydo-
neorum verborum et sententiarum ad inventionem accomo-
datio. Memoria est firma animi rerum et ver-
borum et dispositionis perceptio. Pronunciatio est
vocis vultus gestus moderatio cum venustate.
Hec omnia tribus rebus assequi poterimus: ar-
te, imitatione, exercitatione. Ars est precep-
tio que dat certam viam rationemque dicendi. Imita-
tio est qua impellimur cum diligenti ratio-
ne ut aliquorum similes in dicendo valeamus
esse. Exercitatio est usus assiduus consuetudoque
dicendi. Quoniam igitur demonstratum est quas cau-
sas oratorem recipere quasque res habere conven-
iat, nunc quemadmodum officia oratoria ad rationem
accomodari possit dicendum videtur. Inventio
in sex partes consumitur: in exordium, narrationem,
divisionem, confirmationem, confutationem, conclu-
sionem. Exordium est principium orationis per quod
animus auditoris vel iudicis constituitur vel apparatur
ad audiendum. Narratio est rerum gestarum aut
aut ut gestarum expositio. Divisio est per
quam aperimus quid conveniat et quid in contro-
versia sit et per quam exponimus quibus de re-
bus simus acturi. Confirmatio est nostrorum ar-
gumentorum expositio cum asseveratione. Confu-
tatio est contrariorum locorum dissolutio. Conclu-
sio est artificiosus orationis terminus. Nunc quoniam
una cum oratoris officiis quo res cognitu fa-
cilior esset producti sumus ut de orationis partibus
loqueremur et eas ad inventionis rationem accomo-
daremus, de exordio primum dicendum videtur. Cau-
sa vero posita quo commodius exordiri possimus
genus cause considerandum est. Genera causarum
sunt quatuor: honestum, turpe, dubium, hu-
mile. Honestum genus cause putatur cum aut
id defendimus quod ab omnibus defendendum

videtur aut oppugnamus quod ab omnibus videtur oppugnari debere ut pro viro forti contra parricidam. Turpe genus intelligitur cum aut honesta res oppugnatur aut defenditur turpis. Dubium genus est cum habet in se causa et honestatis et turpitudinis partem. Humile genus est cum contempta res affertur. Cum hec ita sint convenient exordiorum rationem ad cause genus accomodari. Exordiorum duo sunt genera. Principium quod grece prohemium appellatur, et insinuacio que epodos nominatur. Principium est cum statim auditorum animum nobis ydoneum reddidimus ad audiendum. Id ita sumitur ut attentos et dociles et benivolos auditores habere possimus. Si genus cause dubium habemus a benivolentia principium constituemus ne quid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Si humile genus erit cause faciemus attentos. Si turpe cause genus erit insinuatione utendum est de qua posterius dicemus nisi quid nacti erimus quare adversarios criminando benivolenciam capere possimus. Si honestum cause genus erit licebit recte vel uti vel non uti principio. Si uti volumus aut id oportebit ostendere quare causa sit honesta aut breviter quibus de rebus simus dicturi exponere. Si principio uti nolemus a lege a scriptura aut ab aliquo firmissimo nostre cause adiumento principium capere oportebit. Cum igitur docilem benivolum attentum auditorem habere volumus quid quoque confici possit aperiemus. Dociles auditores habere poterimus si summam cause breviter exponemus et si attentos eos faciemus. Nam docilis est qui attente vult audire. Attentos habebimus si pollicebimur nos de rebus magnis novis inusitatis verba facturos aut de his que ad rem publicam pertineant aut ad eos ipsos qui audient aut ad eorum immortalium religionem et si rogabimus ut attente

Si principio uti volumus ab lege

audiant / et si breviter exponemus res quibus de re-
bus dicturi sumus. Benivolos auditores facere qua-
tuor modis possumus ab nostra / ab adversariorum
nostrorum ab auditorum persona / et ab rebus ipsis
a nostra persona benivolenciam / benivolenciam
contrahemus si nostrum officium sine arrogancia
laudabimus. atque in republica quales fueri-
mus / aut in parentes / aut in amicos. aut in eos
qui audiunt aliquid referemus / dum hec omnia
ad eam ipsam rem de qua agitur sint accomodata
Item si nostra incommoda proferemus. Inopiam so-
licitudinem / calamitatem. et si orabimus ut no-
bis sint auxilio. et simul ostendemus / nos in aliis
noluisse spem habere. ab adversariorum persona
benivolencia captabitur / si eos in odium
in invidiam / contemptionem adducemus. In odi-
um rapiemus. si quid eorum spurce super-
be perfidiose / crudeliter / confidenter. malicio-
se / flagiciose factum proferemus. In invidiam
trahemus / si vim si potentiam / factionem divici-
as incontinencias nobilitatem / clientelas / hospi-
cium / sodalitatem affinitates adversariorum
proferemus. Et hiis adiumentis magis quam veri-
tati eos confidere aperiemus. In contemptionem ad-
ducemus / si inerciam / ignaviam desidiam in-
iuriam / luxuriam adversariorum proferemus /
Ab auditorum persona benivolencia colligitur /
si res eorum publice / fortiter / sapienter / man-
suete. magnifice ab iudicatas proferemus.
Et si que de hiis existimatio que iudicii expe-
ctacio sit / aperiemus / ab rebus ipsis benivo-
lum efficiemus auditorem si nostram causam
laudando extollemus adversariorum per conte-
ptionem deprimemus. Deinceps de insinuatione
aperiendum est / Tria sunt tempora
quibus principio uti non possumus que diligenter
sunt considerandi / aut cum turpem animum habemus
hoc est / cum ipsa res animum auditoris a nobis
alienat. Aut cum animus auditoris persuasus
esse videtur ab hiis qui ante contradixerunt /

Aut cum defessus est eos audiendo qui ante dixerunt. Si causa turpitudinem habebit exordiri poterimus his racionibus hominem non rem spectari oportere non placere nobis ipsis que facta dicuntur ab aduersariis et esse indigna aut nepharia. Deinde cum diu rem auxerimus nichil simile a nobis factum ostendemus. Aut aliquorum iudicium de simili causa aut de eadem aut de minore aut de maiore proferemus. Deinde ad nostram causam pedetemptim accedemus et similitudinem conferemus. Item si negabimus nos de aduersariis aut de aliqua re dicturos et tamen occulte dicemus interiectione verborum. Si persuasus auditor fuerit id est si oracio aduersariorum fecerit fidem auditoribus neque enim non facile scire poterimus quoniam non sumus nescii quibus rebus fides fieri solet ergo si fidem factam putabimus his nos rebus insinuabimus ad causam. De eo quod aduersarii firmissimum sibi adiumentum putarint primum nos dicturos pollicebimur. Aut ab aduersarii dicto exordiemur et ab eo maxime quod ille nuperrime dixerit aut dubitacione utemur quod potissimum dicamus aut cui loco primum respondeamus cum ammiracione vel affirmacione. Si defessi erunt audiendo ab aliqua re que risum mouere possit ab apologo a fabula verisimili mutacione deprauata inuersione ab ambigua suspicione irrisione stulticia exuperacione collacione litterarum mutacione preter expectacionem similitudine nouitate historia versu Si promiserimus aliter ac parati fuerimus nos esse dicturos nos non eodem modo ut ceteri soleant verba facturi primum breuiter exponemus. Inter insinuacionem et principium hoc interest principium eiusmodi debet esse ut statim apertis racionibus quibus prescripsimus aut beniuolum aut attentum aut docilem faciamus auditorem. At insinuacio eiusmodi debet esse ut occulte per dissimulacionem eadem

[Margin, right of line 3:] Rem non hominem

[Margin, left of line beginning "Aut aduersarii":] ab

[Margin, right of line "nouitate historia versu":] ab alicuius interpellacione aut irrisione

Illa omnia conficiamus, ut ad eandem commodita-
tem in dicendi opere venire possimus. Verum
hec tres utilitates tametsi in tota oratione sunt
comparande, hoc est ut auditores sese perpetuo no-
bis attentos, dociles, benivolos prebeant, tamen id
per exordium cause maxime comparandum est.
Fiunt nequid vitiosa exordia, vitantur que vicia
vitanda sunt doctis. In exordienda causa ser-
vandum est, ut lenis sit sermo et usitata verborum
consuetudo, ut non apperata racio videatur esse.
Viciosum exordium est quod in plures causas
potest accomodari quod vulgare dicitur. Item vicio-
sum est quo nichilominus adversarius potest uti
quod commune appellatur. Item illud quo adver-
sarius ex contrario poterit uti. Item viciosum
est quod nimium compositum est aut nimium
longum est, et quod non ex ipsa causa natum
videatur, quod separatum vocatur, in quo etiam trans-
latum concluditur ut ipse cohereat cum narratione
et quod neque benivolum, docilem neque attentum fa-
ciat auditorem. **Narracionum**
tria sunt genera. Unum est quo exponimus
rem gestam, et unum quodque trahimus ad utili-
tatem nostram vincendi causa quod pertinet ad e-
as causas de quibus iudicium futurum. Alterum
genus est narrationis quod intercurrit non un-
quam fidei aut criminis aut transitionis aut alicu-
ius apparationis causa. Tercium genus est illud
quod a causa civili remotum est, in quo tamen
exerceri convenit, quo commodius illas superio-
res narrationes in causis tractare possimus. Eius
narrationis duo sunt genera. Unum quod in nego-
ciis. Alterum quod in personis positum est. Id quod
in negociorum expositione positum est, tres
habet partes: fabulam, hystoriam, argumentum.
Fabula est que neque veras res neque verisimi-
les continet, ut eque hee que a tragedis
tradite sunt. Historia est gesta res sed ab
etatis nostre memoria remota. Argumentum
est ficta res que tamen fieri potuit velut argumenta

comediarum. Illud genus narracionis quod
in personis positum est / debet habere ser-
monis festiuitatem animorum dissimilitudinem
grauitatem / lenitatem spem / metum / suspicio-
nem / dissimulacionem / desiderium misericordiam
rerum varietates fortune / commutacionem in-
speratum / incomodum / subitam leticiam
iocundum exitum rerum / verum hec in exer-
cendo transigentur. Illud quod ad veritatem per-
tinet quomodo tractari conveniat aperiemus /
Tres res debet habere conveniens narracionem / ut
brevis / ut dilucida / ut verisimilis sit / que
quoniam oportere fieri scimus oportere / quemadmodum
faciamus cognoscendum / rem breviter narrare
poterimus / si inde incipiemus narrare / unde
necesse erit / si non ab ultimo inicio repetere
volemus / et si summatim non particulatim
narrabimus / et si non ad extremum / sed usque
eo quo opus erit persequamur / et si tran-
sicionibus nullis utemur / et si non de erra-
bimus ab eo quod cepimus exponere / et si exitus
rerum ita exponemus ut ante quoque que fa-
cta sunt sciri possint / tametsi nos reticue-
rimus. quod genus est si dicam me ex provin-
cia redisse / profectum quoque ut provincia intel-
ligatur / et omnino non modo id quod obest.
sed etiam id quod neque obest neque iuvat satius
est preterire / et ne bis aut sepius idem dicamus
cavendum est etiam ne id quod semel diximus
deinceps dicamus hoc modo / athenis megara
vesperi symo advenit / ubi advenit megara in-
sidias fecit virgini. insidias postquam fecit vi
illico attulit. Rem dilucide narrabimus
si ut quidquid primum gestum erit ita primum
exponemus et rerum ac temporum ordinem
conservabimus / ut geste res erunt aut ut po-
tuisse geri videbuntur. Hic erit conside-
randum ne quid perturbate ne quid contorte
ne quid ambigue dicamus. ne quid in aliam
rem transeamus / ne ab ultimo repetamus / ne

Tabulae

Longe prosequamur · ne quid quod ad rem per-
tineat pretereamus · Et si sequemur ea que de
brevitate precepta sunt · Nam quo brevior
eo dilucidior et cognitu facilior narratio
fiet / Verisimilis narratio fiet si ut mos
ut opinio ut natura postulat dicemus · Si spa-
cia temporum personarum dignitates / consi-
liorum · narrationes locorum opportunitates con-
stabunt / ne refelli possint / aut temporis pa-
rum fuisse / aut causam nullam aut locum
ydoneum non fuisse · aut homines ipsos facere
aut pati non potuisse · Si vera erit res ni-
chilominus hec omnia narrando conservanda sunt /
Nam sepe veritas nisi hec conservata sint / fidem
non potest facere · Sin erunt ficta eo magis
erunt conservanda · De hiis rebus caute confin-
gendum est / quibus in rebus tabule aut ali-
cuius firma auctoritas videbitur interfuisse · Ad-
huc que dicta sunt arbitror / mihi constare
cum ceteris artis scriptoribus · nisi quia de in-
sinuationibus nova excogitavimus / quod eam soli
preter ceteros in tria tempora divisimus / ut plane
certam viam et perspicuam rationem exordiorum ha-
beremus / Nunc quod reliquum est / quoniam de rerum
inventione disputandum est / in qua singula-
re consumitur oratoris officium / dabimus
operam / ut nichilominus industrie quam rei postula-
bit utilitas quesisse videamur / Si prius pauca
de divisione causarum dixerimus / Causarum
divisio in duas partes distribuenda est / Primum
enim post narrationem debemus aperire quid no-
bis conveniat cum adversariis quid in controver-
sia sit / si ea que utilia nobis erunt convenient
hoc modo / interfectam esse ab Oreste ma-
trem convenit mihi cum adversariis iure ne
fecerit et licuerit / ne ei facere id est in con-
troversia · Item e contrario Agamemnonem
esse a Clitemestra occisum confitentur cum id
ita sit me ulcisci parentem negant opor-
tuisse · Deinde cum hec fecerimus distributione

vti debemus. Ea dividitur in duas partes enumera-
cionem et exposicionem. Enumeracione vtemur cum di-
cemus numero quot de rebus dicturi sumus. eam
plus quam trium partium esse non oportet. Nam pe-
riculosum est ne quando plus minusue dicamus
et suspicionem affert auditori meditacionis et
artificij que res fidem abrogat auditori. Expo-
sicio est cum res de quibus dicturi sumus expo-
nimus breuiter / et absolute. Nunc ad confirma-
cionem transeamus. **Tota spes vi-
cendi Racio** que persuadendi posita est
in confirmacione / et confutacione / Nam cum argu-
menta nostra exposuerimus / contraria que dis-
soluerimus absolute munitum munus orato-
rium confecerimus. Utrumque igitur facere poteri-
mus si constitucionem cause cognouerimus.

Causarum constituciones alij
quatuor fecerunt / noster doctor hermagoras tres
esse putauit / non ut de illorum quicquam detraheret
inuencione sed ut ostenderet id quod oporteret
fuisset / simpliciter / ac singulari modo doceri / illos
distribuisse / dupliciter et bipartito. Constitucio est
prima deprecacio defensoris cum accusatoris in-
simulacione coniuncta. Constituciones itaque ut
ante diximus / sunt tres / coniecturalis / legittima
et iuridicialis. Ajax in silua postquam resci-
uisset / quid fecisset per insaniam gladio in-
cubuit / Vlixes interuenit / occisum conspicatur
corpore / telum cruentum educit. Teucer interue-
nit. cum fratrem occisum / et inimicum fratris
cum gladio cruento vidit / capitis arcessit / hic
quoniam coniectura verum queritur / de facto erit con-
trouersia / et ex eo constitucio cause coniecturalis
nominatur / legittima est constitucio / cum scripto
aut de scriptis aliquid controuersie nascitur
/ aut ex scripto legittima. Ea diuiditur in partes
sex / scriptum / et sentenciam / contrarias leges / et
ambiguum diffinicionem translacionem raciocina-
cionem. Ex scripto et sentencia controuersia nasci-
tur / cum videtur scriptoris voluntas / cum scripto

Ipso dissentire hoc modo. Si lex sit que iu-
beat eos qui propter tempestatem navim relin-
querint, omnia perdere eorum navim cete-
ra que esse si navis conservata sit, qui reman-
serint in navi. Magnitudine tempestatis om-
nes perterriti navim reliquerunt, scafam con-
scenderunt preter unum egrotum, is propter
morbum exire et fugere non potuit, casu
et fortuna navis in portu incolumis dela-
ta est, illam egrotus possidet, navim petit
ille cuius fuerat. Hoc modo constitucio legitima
est, ex scripto et sententia. Ex contrariis
legibus controversia constat cum alia lex iu-
bet, aut permittit, aliquid, alia vetat quip-
piam fieri hoc modo. Lex vetat eum qui pe-: de
cuniis repetendis damnatus sit in conci-
one oracionem habere. Altera lex iubet augu-
rem, in de mortui locum qui petit in concio-
ne nominare. Augur quidam damnatus de
pecuniis repetendis in de mortui locum qui
petebat nominavit, petitur ab eo multa, con-
stitucio ex contrariis legibus legittima est.
Ex ambiguo controversia nascitur cum scriptum
duas aut plures sententias significat hoc modo
paterfamilias cum filium heredem faceret
testamento vasa argentea legavit uxori hoc
modo: Tullius heres meus Terencie uxo-
ri mee triginta pondo argenteorum vasorum
dato, que volet, post mortem eius vasa pre-
sa et celata magnifice petit mulier, filius
se que vellet ipse triginta pondo ei debere di-
cit. Constitucio est legittima ex ambiguo. De
diffinicione causa constat cum in controversia est,
quo nomine appelletur factum, ea est huius-
modi: Cum Lucius Saturninus legem frumentariam
de semissibus et trientibus laturus esset,
Cepio qui per id temporis questor urbanus erat
docuit senatum erarium pati non potuisse largicionem
tantam. Senatus decrevit si eam
legem ad populum ferat adversus rempublicam

vel ubi lex opposita statuit

videreferre cum viris bonis impetum fecit gra-
dus portus disturbat castella deiecit impedi-
mento est quo setius feratur lex. arcessitur ce-
pio maiestatis. Constitucio est legitima ex diffi-
nicione. vocabulum enim diffinitur ipsum cum queritur
quid sit diminuere maiestatem. Ex translacione
controversia nascitur cum aut tempus differendi aut
accusatorem mutandum aut iudices mutandos
reus dicit. hac parte constitucionis greci in iu-
diciis nos in iure civili plerumque utimur.
In hac parte nos iuris civilis sciencia iuvabit. in
iudiciis tamen nichil utimur et hoc modo. si quis
peculatus accusatur quod vasa argentea publica de
loco privato dicatur sustulisse possit dicere
cum diffinicione sit usus quid sit furtum quid
sit peculatus furti secum agi non peculatus
oportere. Hec partitio legitime constitucionis
hiis de causis raro venit in iudicium quod in pri-
vata actione pretorie excepciones sunt et
causa cadit is qui non quemadmodum oportet
egit et in publicis questionibus cavetur legibus
ut ante si reo comodum sit iudicium de accusatore fiat
utrum illi liceat accusare nec ne. Ex raciocina-
cione controversia constat cum res sine propria
lege venit in iudicium que tamen ab aliis le-
gibus similitudine quadam aucupatur. Ea est
huiusmodi. Lex. si furiosus existat agnatorum gentili-
umque in eo pecunia que eius potestas esto. Et
lex. Qui parentem necasse iudicatus erit ut
is obvolutus et obligatus corio devehatur
in profluentem. Et lex. paterfamilias uti su-
per familia pecunia ve sua legaverit
ita ius esto. Si paterfamilias intestatus mo-
riatur familia pecuniaque eius agnatorum gen-
tiliumque esto. Malleolus iudicatus est
matrem necasse ei dampnato statim follicu-
lo lupineo obvolutum est os et solee li-
gnee pedibus inducte sunt et in carcerem de-
ductus est. Qui defendebant eum tabulas
in carcerem afferunt testamentum ipso

Patre / consentiunt / testes rite affuerunt / de illo
supplicium sumitur / hii qui heredes erant testa-
mento hereditatem adeunt frater minor Mal-
leoli qui eum oppugnauerat / in eius periculo su-
am vocat hereditatem lege agnacionis / hic
certa lex rem nulla affertur / et tamen mul-
te afferuntur ex quibus raciocinatio nascatur
quare potuit aut non potuit iure testamentum
facere · constitucio legittima est ex raciocinatione
huiusmodi partes essent legittime constitu-
cionis audiuimus / Nunc de iuridiciali consti-
tucione dicamus / Iuridicialis constitucio est
cum factum conuenit / sed si iure an iniuria
factum sit queritur / Eius constitucionis par-
tes sunt due quarum vna absoluta / alia as-
sumptiua nominatur / Absoluta est cum ip-
sum quod factum est ut aliud nichil foris
assumatur recte factum esse dicemus / Ea
est huiusmodi / Mimus quidam nominatim actium po-
etam compellat in cenaculo meo / actius in-
iuriarum agit / hic nichil aliud defendit ni-
si licere nominari eum cuius nomine scripta re-
dentur agenda / Assumptiua est pars cum per se
defensio infirma est sed assumpta extraria
re comprobatur / Assumptiue partes sunt
quattuor · Concessio · remotio · criminis / trans-
lacio criminis · comparacio / Concessio est cum reus
sibi postulat ignosci / Ea diuiditur in purgacionem
et deprecacionem · Purgacio cum consulto ne-
gat se reus fecisse / Ea diuiditur in imprudenciam
fortunam necessitatem fortunam ut Cepio ad
tribunos plebis de exercitus amissione / Imprude-
ciam ut ille qui de eo seruo qui dominum occiderat /
supplicium sumpsit / cuius frater esset antequam tabu-
las testamenti aperuit / cum is seruus testa-
mento manumissus esset / Necessitudinem
ut ille qui ad diem comeatus non venit quod
eum aque inclusissent / Deprecacio est cum
reus et se peccasse et consulto fecisse confitetur
et tamen postulat ut sui misereatur / hoc in iudicio

non potest fieri usu venire nisi quidem per
dicimus. cuius multa facta extant. Hoc
modo in loco communi per amplificationem utemur
mus. Et si hoc fecisset. tamen ei pro pri-
stinis beneficiis ignosci conveniret. Verum nichil
postulat ignosci. ergo in iudicium non venit.
sed in senatum. aut ante imperatorem. et in consi-
lium talis causa potest venire. Ex translatione
cum omnis causa constat. cum fecisse nos non
negamus. sed aliorum peccatis coactos fecisse di-
cimus. ut Horestes cum se defendit in matrem
confert crimen. Ex remotione criminis causa con-
stat. cum a nobis non crimen sed culpam ipsam
amovemus et vel in hominem transferimus vel
in rem quampiam conferimus. In hominem trans-
fertur. ut si accusatur is qui publicum se fa-
teatur occidisse. et id iussu consulum defen-
dat. et eos dicat non modo impasse sed rationem
quoque ostendisse. quare id facere liceret. In rem
confertur. ut si quis ex testamento quod facere
iussus sit ex plebiscito vetetur. Ex comparatione causa
constat cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere
et id quod fecerimus satius fuisse facere. Ea cau-
sa huiusmodi est. Gaius Popilius cum a gallis
obsideretur neque fugere ullo modo posset. venit
cum hostium ducibus in colloquium. ita discessit ut
impedimenta relinqueret et exercitum educeret. Satius
duxit esse amittere impedimenta quam exercitum cum
exercitum eduxit impedimenta reliquit. arcessitur
maiestatis. Hee constitutiones et que constitu-
tionum partes sint videtur ostendisse. nunc quo eas
et qua ratione tractari conveniat demonstrandum
est si prius aperuerimus quid oporteat ab ambo-
bus in causa destinari. quo omnis ratio totius ora-
tionis conferatur. Constitutione igitur reperta
statim querenda est ratio. que causam faciat et
continet defensionem. hoc modo. ut docendi gratia
in hac potissimum causa consistamus. Horestes
confitetur se occidisse matrem. nisi attulerit facti
rationem pervertent defensionem. ergo si affert eam

que nisi intercedat nec causa quidem esset. Il-
la enim inquit patrem meum occidit. Ergo ut o-
stendi racio est ea que continet defensionem sine
qua nec parva quidem dubitacio potest remo-
rari dampnacionem. Inventa ra-
cione firmamentum querendum est, id est quod continet ac-
cusacionem cum affertur contra racionem defensionis
de qua antea dictum est. Id constituetur cum
usus fuerit Horestes racione hoc pacto: iure
occidi, illa enim patrem meum occiderat. Utetur
accusator firmamento hoc modo: Non tamen abs te
occidi neque indempnatam penam pendere oppor-
tuit. Ex racione defensionis et ex firmamento ac-
cusacionis iudicii questio nascatur oportet quam
nos iudicacionem, Greci krinomenon appel-
lant. Ea constituetur ex coniunccione firmamenti
et racionis defensionis hoc modo: cum dicat Ho-
restes se patris ulciscendi causa matrem occi-
disse, rectumne fuerit sine iudicio a filio Clite-
mestram occidi. Ergo hac racione iudicacionem re-
perire convenit. Reperta iudicacione omnem
racionem tocius oracionis eo conferre oportebit.
In omnibus constitucionibus et partibus constitucio-
num hac via iudicaciones reperientur preter-
quam in coniecturali constitucione. Nam in ea nec
racio quare fecerit queritur, fecisse enim negatur,
nec firmamentum exquiritur quoniam non subest racio.
Quare ex intencione et infitiacione iudicacio con-
stituitur hoc modo: Intencio est: occidisti Aia-
cem; infitiacio: non occidi; iudicacio: occideritne.
Racio omnis utriusque oracionis ut ante dictum
est ad hanc iudicacionem conferenda est. Si plures
erunt constituciones aut partes constitucionum, iudi-
caciones quoque plures erunt in una causa, sed
omnes simili via reperientur. Sedulo dedimus
operam ut breviter et dilucide quibus de
rebus adhuc dicendum fuit diceremus. Nunc
quoniam satis huius voluminis magnitudo cre-
vit, commodius est in altero libro de ceteris
rebus deinceps exponere, ne qua propter mul-

tudinem litterarum possit animum tuum defati-
gatio retardare / sed si quo tardius hec quam
studes absolventur / tum rerum magnitudini
tum nostris quoque occupationibus assignare
debebis. Verumtamen maturabimus et id
quod negotio diminutum fuerit exequabi-
mus industria / ut et pro tuo in nos officio
et nostro in te studio munus hoc accumu-
latissime tue largiamur voluntati /

In primo libro Heren-
ni breviter exposui-
mus quas causas oratorem reci-
pere oporteret et in quibus offi-
ciis artis elaborare conveniret / et ea
officia qua ratione facillime conse-
qui posset. Verum quia neque de om-
nibus rebus potest simul dici / et de maximis
rebus primum scribendum fuit quo cetera tibi fa-
ciliora cognitu viderentur itaque nobis placitum
est / ut ea que difficillima essent potissimum
conscriberemus. Causarum igitur
tria sunt genera demonstrativum deliberativum / iudi-
ciale / multo difficillimum iudiciale est. ergo id
primum absolvimus / hoc et priore libro eximendum
tum de quinque oratoris officiis tractationeque
inventio prima et difficillima est / ea quoque no-
bis erit hoc libro propemodum absoluta. sed par-
vam partem eius in tertium volumen transferemus
de sex partibus orationis / primum scribere incepimus

In primo libro locuti sumus de exordio
narratione divisione / nec pluribus verbis quam
necesse fuit / nec minus dilucide quam te velle ex-
istimabamus. Deinde coniunctim de confirmatione
et confutatione dicendum fuit. Quare genera
constitutionum et earum partes aperuimus. Ex quo simul
ostendebatur / quomodo constitutionem et partes constitutionis
causa posita reperiri oporteret. Deinde
docuimus iudicationem / quemadmodum que-
ri conveniret / qua inventa curandum est /
ut omnis ratio totius orationis ad eam conferatur /

Postea demonstravimus causas plures in quibus constitutiones et partes constitutionis accommodarentur. Reliquum videbatur esse ut ostenderemus quae ratio posset inventiones ad unamquamque constitutionem aut partem constitutionis accommodare, et item quales argumentationes, quas Greci epicheremata vocant, sequi, quales vitare oporteat, quorum utrumque pertinet ad confirmationem et ad confutationem. Deinde ad extremum docebimus cuiusmodi conclusionibus orationum uti oporteat, qui locus erat postremus de sex partibus orationis. Primum ergo queremus quemadmodum causam quamque tractare conveniat, et nimirum eam quae coniecturalem eam quae difficillima est considerabimus.

In causa coniecturali narratio accusatoris suspiciones interiectas et dispersas habere debet, ut nihil actum, nihil dictum, nusquam ventum aut abitum, nihil denique factum sine causa putetur. Defensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis. Huius constitutionis ratio in sex partes est distributa: probabilem, collationem, signum, argumentum, consecutionem, approbationem. Horum unumquodque quid valeat aperiemus. Probabile est per quod probatur expedisse reo peccare et a simili turpitudine numquam hominem abfuisse. Id dividitur in causam et in vitam. Causa est ea quae induxit eum ad maleficium commodorum spe aut incommodorum vitatione, cum queritur num quod commodum maleficio appetierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem, num aliquam cupiditatem amoris aut huiusmodi libidinis voluerit explere, aut num quod incommodum vitarit: inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium. Hic accusator in spe commodi cupiditatem ostendet adversarii, in vitatione incommodi formidinem augebit. Defensor autem

negabit fuisse causam si poterit aut eam vehe-
menter extenuabit / Deinde iniquum esse di-
cet omnes ad quos aliquid emolumenti ex ali-
qua re pervenit in suspicionem maleficii devocari
Deinde vita hominis ex ante factis spectabitur in
qua primum considerabit accusator num quando si-
quid fecerit / si illud non reperiet queret num
quando in similem venit suspicionem / et in eo de-
bebit esse occupatus / ut ad eam causam peccati
quam paulo ante exposuerit vita hominis possit acco-
modari hoc modo. Si dicet pecunie per eam fecisse
ostendat eum semper avarum fuisse. si honoris ambicio-
sum ita poterit animi vicium cum causa peccati conglu-
tinare. Et si non poterit animi vitium par cum
causa reperire reperiat dispar. Si non po-
terit avarum demonstrare / quod pecunie causa dicat
fecisse demonstret corruptorem vel perfidiosum
Si quo modo poterit. Deinde aliquo vel aliis
pluribus viciis contaminabit personam. Deinde
qui illud fecerit tam nequiter / eundem tam
perperam fecisse non esse mirandum. Si vehe-
menter castus et integer existimabitur ad-
versarius / dicet facta non famam spectari opor-
tere illum occultasse ante sua fallacia / se pla-
num facturum ab eo maleficium non abesse. Defen-
sor primum demonstrabit vitam integram si poterit /
si id non potuerit confugiet ad imprudenciam
stulticiam / adolescenciam vim persuasionem /
quibus de rebus vituperacio eorum que extra
id crimen erunt non debeat assignari / Si ve-
hementer hominis turpitudine impedietur
et infamia / primus dabit operam ut falsos
rumores dissipatos esse dicat de innocente et
utetur loco communi rumoribus credi non opor-
tere. Si nichil eorum fieri poterit utatur extre-
ma defensione dicat se non de moribus eius
apud censores sed de criminibus adversariorum
apud iudices dicere. **Collatio est**
cum accusatur id quod adversarium fecisse
criminatur / alii nemini nisi reo bono fuisse

Duo vicia animi apta ad probandum causam ut avaricia et ambicio

demonstrat aut alium neminem potuisse per-
ficere nisi adversarium aut eum ipsum aliis
racionibus aut non potuisse aut id eque
commode potuisse aut eum fugisse alias racio-
nes commodiores propter cupiditatem. Hoc loco de-
fensor demonstret oportebat alios quoque fuisse
idoneos aut alios quoque id quod ipse insimuletur
facere potuisse. **Signum est per**
quod ostenditur ydonea perficiendi facultas es-
se quesita. Id dividitur in partes sex: locum,
tempus, spacium, occasionem, spem perficiendi,
spem celandi. Locus queritur celebris an
desertus, semper desertus an tum cum id fa-
ctum fuerit in eo loco solitudo sit, sacer an
prophanus, publicus an privatus fuerit, cuius-
modi loca attingant, num qui passus perspe-
ctus exauditus esse possit. Horum quid
reo quid accusatori conveniat perscribere
non gravaremur nisi facile quivis causa
posita posset iudicare. Inicia enim invencionis
ab arte debent proficisci, cetera facile comparabit
exercitacio. Tempus quoque queritur qua par-
te anni, qua hora noctu an interdiu et qua
die, quota hora noctis factum esse dicatur
et cuiusmodi temporibus. Spacium ita considera-
bitur: satisne longum fuerit ad eam rem
transigendam, et scieritne et potueritne
scire satis spacii futurum ad id peragendum.
Nam parvi refert satis spacii fuisse ad per-
ficiendum, si id ante sciri et racione pro-
videri non potuit. Occasio queritur ydonea-
ne fuerit ad eam rem adoriendam an alia
melior que aut preterita sit aut non expecta-
ta. Spes perficiendi que fuerit spectabitur hoc
modo: si que supra dicta sunt signa concur-
rent, si preterea ex altera parte vires, pecunia,
consilium, sciencia, apparacio videbitur fuisse,
ex altera imbecillitas, inopia, stulticia, im-
prudencia, inapparacio demonstrabitur fuisse, quare
sciri potuerit utrum diffidendum an confidendum

fuerit, spes celandi que fuerit, quibus ex con-
sciis arbitris adiutoribus liberis aut ser-
vis aut utrisque. **Argumentum**
est per quod res arguitur certioribus argumentis
et magis firma suspicio. Id dividitur in tempora tria:
preteritum, instans, consequens. In preterito tempore op-
ortet considerare ubi fuerit, ubi visus sit, cum
quo visus sit, num quid apparaverit, num quem
convenerit, num quid dixerit, num quid habuerit
de consciis, de adiutoribus, de adiumentis;
numquid in loco preter consuetudinem fuerit aut ali-
eno tempore. In instanti tempore queritur numquid visus sit
cum faciebat, numquid strepitus, clamor, cre-
pitus exauditus, aut denique numquid aliquo ab
sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu,
odoratu, gustu. Nam quivis horum sensus potest
conflare suspicionem. In consequenti tempore specta-
bitur numquid re transacta relictum sit quod in-modo
dicet aut factum esse maleficium aut a quo sit
factum. Factum esse hoc modo: si tumore et li-
vore decoloratum corpus est mortui, signi-
ficat eum veneno necatum. A quo factum sit
hoc modo: si telum, si vestimentum, si quid
eiusmodi relictum sit, aut si vestigium rei
repertum fuerit, si cruor in vestimentis, si in
eo loco comprehensus aut visus transacto ne-
gocio quo in loco res gesta dicitur.
Consecucio est cum queritur que signa
nocentis et innocentis consequi soleant. Nam
accusator dicet, si poterit, adversarium, cum ad eum
ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, incon-
stanter locutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid;
que signa conscientie sint. Si reus nichil horum
fecerit, accusator dicet eum usque adeo pre-
meditatum fuisse quid sibi esset usu venturum
ut confidentissime resisteret et responderet; que
signa confidentie non innocentie sunt.
Defensor, si pertimuit, magnitudine periculi, non
conscientia peccati se commotum esse dicet; si non
pertimuit, fretum innocentia negabit se commotum

Approbacio est qua utimur ad extremum
confirmata suspicione. Ea habet locos proprios
atque communes. Proprii sunt hii quibus nisi
accusator nemo potest uti. Et hii quibus
nisi defensor nemo potest uti. Communes sunt qui
alia in causa a reo alia ab accusatore tra-
ctantur. In causa coniecturali proprius locus ac-
cusatoris est cum dicit malorum misereri
non oportere. Et cum auget peccati atrocitatem.
Defensoris proprius locus est cum misericordiam captat
et cum accusatorem calumniari criminatur. Co-
munes loci sunt cum accusatoris, tum defen-
soris a testibus contra testes a questionibus
contra questiones, ab argumentis contra argu-
menta a rumoribus contra rumores. A testi-
bus dicemus secundum auctoritatem et vitam
testium et constantiam testimoniorum. Contra
testes vite turpitudinem, testimoniorum incon-
stantiam. Si aut fieri non potuisse dicemus aut
non factum esse quod dicant, aut scire illos non
potuisse aut cupide dicere et argumentari. Hec
et ad improbacionem et ad probacionem testium pertine-
bunt. A questionibus dicemus cum demonstrabimus
maiores veri inveniendi causa tor-
mentis et cruciatu voluisse querere et sum-
mo dolore homines cogi ut quicquid sciant di-
cant. Et preterea confirmatior erit hec disputa-
tio, si que dicta erunt argumentando hisdem
viis quibus coniectura omnis tractatur
trahemus ad verisimilem suspicionem. Idem que hoc
in testimoniis facere oportebit. Contra questiones
hoc modo dicemus: primum maiores voluis-
se certis in rebus interponi questiones ut ea
que vere dicerentur sciri possent, seu que fal-
so in questione pronunciarentur refelli pos-
sent hoc modo: quo in loco quid positum sit
et si quid esset simile quod videri aut
aliquo simili signo percipi posset. Deinde
dolori credi non oportere, quod alius alio
recentior sit in dolore, quod ingeniosior ad eo

ad fugiendum
inmiscendum, quod de rebus sepe fiat aut suspicari
possit, quod questor velit audire, quod eum ducit
intelligat sibi fore doloris futurum. Hec dispu-
tatio optime comprobabitur, si refellemus que
in questionibus erunt dicta probabili argumen-
tatione, idque ex partibus coniecture quas
ante exposuimus facere oportebit. Ab argu-
mentis et signis et ceteris quibus augetur su-
spicio, dicere hoc modo convenit: cum multa
concurrant argumenta et signa que inter se
consentiant, rem perspicuam, non suspiciosam vi-
deri oportere. Item plus oportere signis et
argumentis credi quam testibus. Hec enim hoc modo
exponi oportet quo revera gesta sint; te-
stes corrumpi posse vel pretio vel gratia vel
metu vel simultate. Contra argumenta et
signa et ceteras suspiciones dicemus hoc modo:
si demonstrabimus nullam rem esse quam non
suspicionibus quivis possit criminari. Deinde v-
nam quamque suspicionem extenuabimus et dabimus
operam ut ostendamus nichilo magis in nos eam
quam in alium quempiam convenire. Indignum
facinus esse sine testibus coniecturam et
suspicionem firmamenti satis habere. A rumo-
ribus dicemus si negabimus temere famam nasci so-
lere quin subsit aliquid, et si dicemus causam non
fuisse quare quispiam confingeret et eminisceretur, et si ceteri
rumores et preterea si ceteri falsi soleant esse, tamen
argumentabimur hunc esse verum. Contra rumo-
res dicemus, primum si per multos esse falsos rumo-
res docebimus et exemplis utemur de quibus
falsa fama fuit, et aut inimicos nostros aut
homines natura malivolos et maledicos con-
finxisse dicemus. Et aliquam confictam fabulam con-
feremus quam dicamus omnium in ore esse, aut verum
rumorem proferemus qui illis aliquid turpitudinis
afferat, neque ei rumori nos fidem habere dicemus,
ideo quod quivis unus homo possit quamvis turpem de quolibet proferre
rumorem et confictam fabulam dissipare. Verum si rumor
vehementer probabilis esse videbitur, argumentando fame fidem

potius ab rogare. Et quia difficillima est tractatu constitutio coniecturalis et in veris causis saepissime tractanda est, eo diligentius omnes eius partes perscrutati sumus, ut ne pusilla quidem titubatione aut offensione impediremur, si ad hanc rationem praeceptionis assiduitatem exercitationis accommodaremus. Nunc ad legitimae constitutionis partes transeamus.

Cum voluntas cum scripto dissidere videbitur, si a scripto dicemus his locis utemur: secundum narrationem primum scriptoris collaudatione, deinde scripti recitatione, deinde percontatione scirentne adversarii id scriptum in lege fuisse aut testamento aut stipulatione aut quolibet alio scripto quod ad eandem rem pertinebit; deinde collatione quid scriptum sit, quid adversarii se fecisse dicant: quid iudicem sequi conveniat, verum id quod diligenter scriptum an id quod acute sit excogitatum; deinde ea sententia quae ab adversariis sit excogitata et scripto attributa contemnetur et infirmabitur; deinde quaeretur quid ei obfuit si id voluisset ascribere, aut numquid non potuit perscribi; deinde a nobis sententia reperietur et causa proferetur quare id scriptor senserit quod scripserit, et demonstrabitur scriptum illud esse dilucide, breviter, commode, perfecte, cum ratione certa; deinde exempla proferentur quae res cum adversariis sententia reddetur et voluntas afferetur a scripto, potius iudicate sunt; deinde ostendetur quam periculosum sit a scripto recedere. Locus communis est contra eum qui fateatur se contra id quod legibus sanctum aut testamento perscriptum sit fecisse, et tamen facti quaerat defensionem.

Ab sententia sic dicemus: primum laudabimus scriptoris commoditatem atque brevitatem, quod illud tantum scripserit quod necesse fuerit, et illud quod sine scripto intelligi potuerit non necessarium scribendum putarit; deinde dicemus calumniatoris esse officium verba et litteras sequi, negligere voluntatem; deinde quod id scriptum sit aut non posse fieri aut non lege, non more, non natura, non equo et

percontari est interrogare ... interrogare ... esse ... appetit

bono posse fieri / que omnia voluisse scrip:
torem quare rectissime fieri nemo dicet / et
ea que a nobis sint facta / iustissime facta
Deinde contrariam sentenciam aut nullam
esse, aut stultam / aut iniustam · aut non
posse fieri / aut non constare cum superiori=
bus et inferioribus sentencijs / aut cum iure
communi · aut cum alijs legibus communibus · aut cum
rebus iudicatis dissentire / deinde exemplum
a voluntate et contra scriptum iudicatorum
enumerationem / Deinde legum et stipulacionum
breuiter exceptarum in quibus intelligatur
scriptorum voluntas   Locus communis con=
tra eum qui scriptum recitat et scriptoris vo=
luntatem non interpretatur · Cum due leges
inter se discrepent / videndum est primum unquam
ab rogatio vel derogatio sit / deinde vtrum
leges ita dissenciant, vt altera iubeat /
altera vetet / an ita ut altera rogat · al:
tera permittat · Infirma enim erit eius defen=
sio qui negabit se fecisse quod cogeretur cum
altera lex permitteret / plus enim valet
sanctio permissione / Item illa defensio te=
nuis est cum ostenditur id factum esse quod
ea lex sanctiat / cui legi ab rogatum aut
derogatum sit / id quod posteriore lege
sanctitum sit esse neglectum · Cum hec e=
runt considerata / statim nostre legis ex=
ponende recitationem collaudatione vtemur /
Deinde contrarie legis enodabimus volun=
tatem · et eam trahemus ad nostre cause co=
modum · Deinde de iuridiciali absoluta su=
memus racionem iuris / et queremus partes
iuris vtrum cum ea faciant de qua parte
iuris posterius dicemus · Si ambiguum est
scriptum puta in duas aut plures senten:
cias trahi possit hoc modo tradendum est
Primum si ne ambiguum querendum est /
Deinde quomodo scriptum est / sed et si id quod
aduersarij interpretantur scriptor fieri voluisset

Quare etiam appluco in dextra tamen
reprehendo

ostendendum / deinde id quod nos interpre-
tamur et honeste et recte lege more natura
bono et equo fieri posse / Quod adversarii
interpretantur ex contrario / nec esse ambigue
scriptum cum intelligatur ut sentencia vera
sit / Sunt qui arbitrentur ad hanc causam
tractandam vehementer pertinere cognicionem
amphilogiarum eam que a dyaleticis pro-
fertur / Nos vero arbitramur non modo nul-
lo adimento esse / sed pocius maximo impe-
dimento / Omnes enim illi dyaletici amphilo-
ias aucupantur eas etiam que parte ex altera
sentenciam nullam possunt interpretari / Ita
quod et alieni sermonis molesti interpellatores
et scripti / tum odiosi / tum obscuri interpre-
tes sunt / et dum caute et expedite loqui vo-
lunt infantissimi reperiuntur / ita dum
metuunt in dicendo ne quid ambiguum di-
cant nomen suum pronunciare non possunt /
Verum horum pueriles opiniones rectissimis
racionibus cum volet refellemus / In presenciarum
hoc intercedere non alienum fuit ut hu-
ius infancie garrulam disciplinam contem-
neremus / Cum diffinicione utemur primum affere-
mus brevem vocabuli diffinicionem hoc modo
Mayestatem is minuit qui ea tollit ex
quibus rebus civitatis amplitudo constat /
que sunt ea que capiunt suffragia populi et
magistratus consilium / Nempe igitur tu et
populum suffragio et magistratum consilio priva-
sti cum pontes disturbasti / Item ex contrario
Mayestatem is minuit qui amplitudinem ci-
vitatis detrimento afficit / Ego non affeci sed
prohibui detrimento erarium enim ei conserva-
vi libidini malorum restiti mayestatem omnem
interire non passus sum / Primum igitur vocabuli
sentencia breviter ad utilitatem cause accomodata
diffinietur / Deinde factum nostrum cum verbi descripcione
aptabitur / Deinde contrarie descripcionis racio refelletur
si aut falsa erit aut inutilis aut turpis aut iniuriosa

Post ex iuris partibus sumetur de iuridiciali ab-
soluta de qua loquimur. Et aliter in translacionibus primum, utrum aliquis eius rei actionem
peticionem aut execucionem habeat quam non oporteat,
num aliomodo, tempore, loco, num alia lege, num
alio querente aut agente. Et legibus et
moribus equo et bono reperientur de quibus
dicetur in iuridiciali absoluta. In causa racio-
cinali primum queritur quid in rebus maioribus
aut minoribus aut similibus similiter scriptum aut
iudicatum sit, deinde utrum ea res sit similis
ei rei de qua agitur an dissimilis, deinde utrum
consulto de ea re scriptum non sit quia noluit ca-
vere, quia satis cautum putaret propter ceterorum scripto-
rum similitudinem. De partibus legitime constitu-
cionis satis dictum est. Nunc ad iuridicialem revertamur.

Absoluta iuridiciali constitucione utere-
mur cum ipsam rem quam nos fecisse confitemur
iure factam dicemus sine ulla assumpcione ex-
tra defensionis. In ea convenit queri iu-
re ne factum sit. De ea causa posita dicere poteri-
mus si ex quibus partibus ius constet cognoverimus.
Constat igitur ex his partibus natura, lege, con-
suetudine, iudicato, equo et bono, pacto. Na-
tura ius est quod cognacionis aut pietatis
causa observatur quo iure parentes a liberis et
a parentibus liberi coluntur. Lege ius est id
quod populi iussu sanctitum est, quod genus est
ut in ius eas cum voceris. Consuetudine
ius est id quod sine lege eque ac si legitimum
sit usitatum est, quod genus est id quod argenta-
rio tuleris expensum ab socio eius recte petere
posse. Iudicatum est id de quo sentencia lata est aut
decretum interpositum. Ea sepe diversa sunt ut ali-
ud alii iudici, aliud pretori aut consuli aut tribu-
no plebis placitum sit et fit ut de eadem re sepe
alius aliud decreverit aut iudicaverit. Ut M. Drusus
pretor urbanus, quod cum herede mandati
ageretur, iudicium reddidit, Sextus Iulius non
reddidit. Item Gaius Celius index absolvit

Sentencia est que in re fit legalitate
Decretum est quod arbitrio et voluntate

Decretum est pretoris, consulis et cetera;
iudicare iudicis

Legalitas de causa

Retorica loco [illegible]

iniuriarum eum qui Lucium poetam in scenaculo
nominatim leserat. P. Mucius eum qui Lucium
Accium poetam nominaverat condemnavit. Ergo
quia possunt res simili de causa dissimiliter
iudicate proferri, cum id usu venerit, iudicem
cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero
iudiciorum proferemus. Ex equo et bono ius con-
stat quod ad veritatem et ad communem utilita-
tem videtur pertinere. Quod genus est ut
maior annis lx et cui morbus causa est
cognitorem det, et ex eo vel novum ius constitui
convenit ex tempore et ex hominis dignitate. Ex pa-
cto ius est si quid inter se pepigerint, si quid
inter quos convenit. Pacta sunt que legibus
observanda sunt hoc modo: Rem ubi pagunt
orato; ni pagunt, in comicio aut in foro
ante meridiem causam coniecito. Sunt
item pacta que sine legibus observantur
ex conventu, que iure prestare dicuntur.
His igitur partibus iniuriam demonstrari, con-
venit ius confirmari, id quod in absoluta iu-
ridiciali faciendum videtur. Cum ex comparacio-
ne queritur utrum satius fuerit agere id
quod reus dicat se fecisse, aut id quod accu-
sator dicat oportuisse fieri, primum queri
conveniet utrum fuerit utilius ex conten-
cione, hoc est utrum honestius, facilius,
conducibilius. Deinde oportebit queri ipsumne
oportuerit iudicare utrum fuerit utilius
an aliorum fuit statuendi potestas. Deinde inter-
ponetur ab accusatore coniectura, quare pu-
tetur non ea racione factum esse quo melius de-
teriori anponeretur, sed dolo malo negotium ge-
stum de aliqua probabili causa. A defensore
refelletur argumentacio coniecturalis de qua
ante dictum est. Deinde queretur, potuerit
ne vitari ne in eum locum veniret. His ita tracta-
tis accusator utetur loco communi in eum qui inutile
utili posuerit, cum statuendi non fuerit potestas.
Defensor contra eos qui equum censeant rem periculosam

utili sponte utetur loco communi per conquestionem
et simul defensor queret ab accusatoribus
ab iudicibus ipsis quid facturi essent si in eo
loco fuissent et tempus et locum rem deliberationem
suam ponet ante oculos. **Translatio**
criminis est cum ab reo facti causa in aliorum
peccatum transfertur. Primum querendum est iure-
ne in alium crimen transferat. Deinde spectandum
est si eque magnum sit illud peccatum quod in ali-
um transfertur atque illud quod reus suscepis-
se dicatur. Deinde oportueritne in ea re
peccare in qua alius ante peccaverit. Deinde op-
tuit ne iudicium ante fieri. Deinde cum factum
iudicium non sit de illo crimine quod in alium transfe-
rat, oporteat ne de ea re iudicium fieri que rem
in iudicium non venerit. Locus communis accusatoris
contra eum qui plus censeat vim quam iudicia
valere oportere. Et ab adversariis percontabitur
accusator quid futurum sit, si idem ceteri faciant
ut de indemnatis supplicia sumant quod eos
idem fecisse dicat. Quid si ipse atrocitatem pro-
ferret in quos crimen transferret rem locum
tempus ante oculos ponet, ut hi qui audient
existiment aut non potuisse aut non utile
fuisse rem in iudicium venire. **Concessio**
est per quam nobis ignosci postulamus. Ea divi-
ditur in purgationem et deprecationem. Hic cogno-
scendi ratio continetur ex his locis. Purgatio
est cum consulto negamus a nobis factum. Ea
dividitur in necessitudinem, fortunam, imprudenti-
am. De his partibus primum ostendendum est.
Deinde ad deprecationem revertendum videtur. Pri-
mum considerandum est num per culpam ventum sit
in necessitudinem, num in culpa non veniendi
necessitudo fecerit. Deinde querendum quomodo
vis illa vitari potuerit ac levari. Deinde is
qui in necessitudinem causam confert expertusne sit
quid contra facere aut excogitare posset. Deinde
num que suspiciones ex coniecturali constitutio-
ne trahi possint que significent id consulto

factum esse quod necessario accidisse dicitur. De-
inde si maxime necessitudo quepiam fuerit
conveniat ne ea satis ydoneam causam pu-
tari. Si autem imprudentia se reus peccasse
dicet, primum queretur, utrum potuerit nescire
an non potuerit. Deinde utrum data sit opera
ut sciretur an non. Deinde utrum casu ne-
scierit, an culpa nam qui se propter vinum
aut amorem, aut iracundiam fugisse ra-
tionem dicet. Is animi vitio videbitur nescisse
non imprudencia, quare non imprudentia
se defendet, sed culpa contaminabit personam.
Deinde coniecturali constitucione queretur. utrum
scierit an ignoravit, et considerabitur,
satis ne imprudencia presidii debeat esse cum
factum esse constet. Cum in fortunam causa
conferetur, et ea re defensor ignosci reo
dicat oportere eadem omnia videntur con-
sideranda, que de necessitudine prescripta sunt
Etenim omnes hee tres partes purgacionis
inter se finitime sunt, ut in omnes eedem
res possint accomodari, [sic attendas] loci communes in
his causis accusatoris contra eum quod cum [deffensor]
se peccasse confiteatur, tamen oratione iudices de-
moretur [retardet]. Defensoris loci, de humanitate,
misericordia, voluntate in omnibus rebus spectari
convenire, que consulto [deliberato] facta non sunt in eis
fraudem esse non oportere. Deprecatione ute-
mur, cum fatebimur nos peccasse neque id
imprudentes, aut fortuitu aut necessario fuisse
dicemus. Et tamen ignosci nobis postulabimus
Hic ignoscendi racio queritur, ex his locis si
plura aut maiora officia, quam maleficia vi-
debuntur constare, si qua virtus aut nobi-
litas erit, in eo qui supplicabit si qua spes
erit usui futura si sine supplicio discesserit
si ipse supplex mansuetus et misericors in potestatibus
ostendetur fuisse si ea que peccavit non odio neque
crudelitate sed officio et recto studio commotus fe-
cit, si tali de causa aliis quoque ignotum est. si nichil

ab eo periculi nobis futurum videbitur si eum
dimissum fecerimus · si nulla a ceteris civibus /
aut ab aliqua civitate vituperacio ex ea re sus=
cipietur / Loci communes de humanitate fortuna mi=
sericordia rerum commutacione / his locis omnibus
ex contrario utetur is quod contradicet cum am=
plificacione et enumeracione peccatorum / hec causa
Judicialis fieri non potest ut in libro primo
ostendimus / sed quoniam potest ad senatum vel con=
silium venire non visa est supersedenda · Cum
a nobis crimen removere volemus / aut in rem
aut in hominem nostri peccati causam conferemus
Si crimen in hominem confertur / querendum est pri=
mum potuit ne tantum / quantum reus demonstrabit · is
in quem ea conferetur / et quo nam modo aut
honeste / aut sine periculo potuit obsisti · Si=
maxime ita sit / num ea re concedi reo con=
veniat · quod alieno inductu fecit · deinde in
coniecturalem trahetur controversiam · et disseretur
num consulto factum sit · Si causa in rem
quandam confertur et hec eadem fere et omnia
que de necessitudine precepimus consideranda erunt
Satis ostendisse videmur / quibus argumenta=
cionibus in uno quoque genere cause Judicialis uti=
conveniret consequi videtur / ut doceamus quem=
admodum ipsas argumentaciones ornate et ab=
solute tractare possimus / nam fere non difficile
est invenire quid sit cause adiumento / diffi=
cillimum vero est inventum expolire et ex=
pedite pronunciare / hec enim res facit · ut neque
diucius quam satis sit in eisdem locis commoremur /
nec eodem revolvamur identidem neque incho=
atam argumentacionem relinquamus / neque incommode
ad aliud deinceps transeamus · Itaque hac racione et
ipsi meminisse poterimus quid in quoque loco dixerimus
et auditor / et totius cause / et uniuscuiusque argu=
mentacionis distribucionem percipere / et meminisse poterit /
Ergo absolutissima et perfectissima argumentacio
est / ea que in quinque partes est distributa / propositionem
racionem racionis confirmacionem / exornacionem complexionem

Propositio est per quam ostendimus summatim quid
sit quod probare volumus. Ratio est causa que
demonstrat verum esse id quod intendimus brevi sub-
iectione. Rationis confirmatio est ea que pluribus
argumentis corroborat breviter expositam ra-
tionem. Exornatio est qua utimur ad extremum
rei honestande et locupletande causa confir-
mata argumentatione. Complexio est que
concludit breviter colligens partes argumen-
tationis. His igitur quinque partibus ut absolu-
tissime utamur hoc modo tractabimus argu-
mentationem. Causam ostendemus Ulixi fuisse quare
interfecerit Ayacem. Inimicum enim acerri-
mum de medio tollere volebat a quo non
iniuria summum periculum metuebat. Videbat
illo incolumi se incolumem non futurum. Spe-
rabat illius morte salutem sibi sperare. Con-
sueverat si iure non poterat iniuria qua-
vis inimico exitium machinari cuius rei mors
indigna Palamedis testimonium dat. Ergo
et metus periculi hortabatur eum interimere a quo
supplicium verebatur et consuetudo peccandi
maleficii suscipiendi removebat dubitationem.
Omnes enim cum minima peccata cum cau-
sa suscipiunt tum vero illa que multo ma-
xima sunt maleficia aliquo certo emolumento
inducti suscipere conantur. Si multos induxit
in peccatum pecunie spes si plures sese scelere
contaminarunt imperii cupiditate si mul-
ti leve compendium fraude maxima commu-
tarunt cui mirum videbitur istum a male-
ficio propter acerrimam formidinem non ob-
temperasse. Virum fortissimum integerrim-
um inimicitiarum et persequentissimum in-
iuria lacessitum ira excitatum si homo
nocens timidus conscius sui peccati insidiosus
inimicum esse incolumem noluit cui tandem
hoc mirum videbitur. Nam cum feras besti-
as videamus alacres et erectas vadere ut
alteri bestie noceant non incredibile est pu-

tandem istius quoque animum ferum crudelem
atque insidiosum cupide ad inimici perniciem
profectum / presertim cum in bestiis nullam neque
bonam neque malam racionem videamus in isto
plurimas et pessimas raciones semper fuisse
intelligebamus. Si quod me pollicitus sum da-
turum causam qua inductus ulixes accessit ad
maleficium / et inimiciciarum acerrimam racionem
et periculi metum intercessisse demonstravi
non est dubium quin confiteatur causam ma-
leficii fuisse. Ergo absolutissima est argume-
tacio que ex quinque partibus constat sed ea non semper
necesse est uti quando tum complexione supseden-
dum est si res brevis est ut facile memoria com-
prehendatur / tum exornacio pretermittenda est si pa-
rum locuples ad amplificandum res videatur esse.
Sin brevis argumentacio est et res tenuis aut hu-
milis / tum exornacione et complexione supsedendum
est. In omni argumentacione de duabus partibus po-
stremis hec quam exposui racio est habenda / Ergo
amplissima est argumentacio quinquepartita / bre-
vissima est tripartita mediocris sublata
aut exornatione aut complexione quadri-
partita. Duo genera sunt vi-
ciosarum argumentacionum / unum quod ab adver-
sario reprehendi potest / id quod ad causam pertinet
alterum quod tamen etsi nugatorium est tamen non indiget
reprehensionem nisi exemplis subiectis intelli-
gere dilucide poteris / hec cognicio viciosarum
argumentacionum duplicem utilitatem affert nam
et vitare in argumentacione vicium admone-
bit et ab aliis non vitatum comode repre-
hendere docebit. Quoniam igitur ostendimus per-
fectam et plenam argumentacionem ex quinque partibus
constare in una quaque parte argumentacionis
que vicia vitanda sunt consideremus ut et
ipsi ab hiis viciis recedere / et ab adver-
sariorum argumentacione ac precepcione
in omnibus partibus temptare / et ab ali-
qua parte labefactare possimus. Exposicio

Viciosa est cum ab aliqua aut a maiore parte ad
omnes confertur / id quod non necessario est omnibus attri-
butum / ut si quis hoc modo exponat / omnes qui
in paupertate sunt malunt maleficio parare divi-
cias quam officio paupertatem tueri / Si quis hoc modo
exposuerit argumentationem ut non curet querere qua-
lis ratio aut confirmatio sit ipsam facile
reprehendemus expositionem cum ostendemus id quod
in aliquo paupere improbo sit · In omnes pauperes
falso et iniuria conferri · Item viciosa expo-
sicio est / cum id quod raro sit fieri omnino negabit
hoc modo · Nemo potest uno aspectu neque pre-
teriens in amorem incidere · Nam cum non
nemo devenit in amorem uno aspectu / et
cum ille neminem dixit omnino nichil differt
raro id fieri dum aliquando fieri intelligatur
Item viciosa expositio est cum omnes res
ostenderimus nos collegisse et aliquam rem
ydoneam preterimus hoc modo · Quoniam
igitur hominem occisum constat esse / necesse est
aut a predonibus / aut ab inimicis occisum
esse aut abs te quem ille heredem testamento
ex parte faciebat / predones in illo loco num-
quam visi sunt / inimicum nullum habebat / re-
linquitur ergo si neque a predonibus neque
ab inimicis occisus est / quoniam alteri non erant
alteros non habebat / ut abs te sit interemptus /
Nam in huiusmodi expositione reprehensione utimur /
si quos plures / quos ille dixit potuisse suscipere
maleficium ostendemus / velut in hoc exemplo / cum di-
xit / necesse esse aut a predonibus / aut ab inimicis /
aut a nobis occisum esse. Dicemus potuisse aut
a familia / aut a coheredibus a meis / Cum hoc
modo illorum collectionem disturbaverimus / nobis la-
ciorem locum defendendi reliquerimus / Ergo hoc quoque
vitandum est in expositione / ne quando cum omnia colle-
gisse videamur · aliquam ydoneam partem relin-
quamus / Item viciosa expositio est que constat ex falsa
enumeratione / ut si cum plures sint pauciora
dicamus / hoc modo / Due res sunt iudices que

omnes ad maleficium compellit / luxuries / et a-
varicia · Quid amor inquiet quempiam · quid
ambicio / quid religio / quid metus mortis /
quid imperii cupiditas / quid denique per multa est
falsa enumeracio est · cum pauciora sint et plura
dicimus · hic modo · Tres res sunt que homines
sollicitant · metus / cupiditas animi egritudo · Sa-
tis enim fuerat dixisse / metum cupiditatem / quoniam
egritudinem cum utraque re coniunctam esse necesse est /
Item viciosa exposicio est / que nimium longe
repetitur / hic modo · Omnium malorum stultitia
est mater · que parit pcetis immensas cupidi-
tates / immense porro cupiditates infinite
immoderate sunt / he pariunt avariciam / ava-
ricia porro hominem / ad quodvis maleficium
impellit · Ergo avaricia inducti adversarii
nostri · hoc in se facinus admiserunt / hic id
quod extremum dictum est · satis fuit exponere /
ne Ennium et ceteros poetas imitemur / quibus
hoc modo loqui concessum est / Utinam ne in
nemore Pelio securibus cese accidissent abi-
gene ad terram trabes · Neve inde navis incho-
ande exordium cepisset · que nunc nominatur /
nomine / Argo / quia Argivi in eadem lecti vi-
ri petebant inauratam pellem arietis Col-
chis imperio regis Pelie per dolum · Nam
numquam hera errans mea domo
efferret pedem · Nam hic satis erat dicere /
si id modo quod satis esset curarent poete
Utinam ne hera errans Medea domo ef-
ferret pedem / egro amore saucia · Ergo hac
quoque repeticione ab ultimo exposicionibus super-
sedendum est · Non enim reprehensione / sed
sicut alie complures sua sponte viciosa
est · Viciosa racio est / que exposicioni non
est accommodata · vel propter infirmitatem vel
propter vanitatem · Infirma racio est · que non necessario /
ostendit / ita esse ut expositum est / velut apud
Plautum / amicum castigare ob meritam noxam
immane est facinus / verum in etate utile et

conducibile est Hec exposicio est videamus que
racio affertur nam ego amicum meum hodie
non castigabo pro commissa noxa exeo quod ipse
facturus est non exeo quod fieri convenit uti-
le quid sit raciocinatur. Vana racio est que
ex falsa causa constat hoc modo amor fugiendus
non est nam exeo verissima nascitur amicicia
aut hoc modo philosophia vitanda est affert
enim secordiam atque desidiam. Nam he raciones
nisi false essent expositiones quoque earum
veras esse confiteremur Item quod infirma racio
est que non necessariam causam affert exposi-
cionis velud pacuvius fortunam insanam
esse et cecam et brutam perhibent philosophi
saxi que adinstar globosi esse volubilem pre-
dicant Ideo dicunt volubilem quia quo sa-
xum impulit globosum fors eo eandem for-
tunam autumant Cecam ob eam rem iterant
quia nichil cernat quo sese applicet Insa-
nam autem esse aiunt quia atrox incerta
instabilisque sit Brutam quia dignum et in-
dignum nequeat internoscere Sunt alii philosophi
qui contra fortunam negant esse ullam mi-
seriam sed temeritate regi omnia autumant
Id magis verisimile esse aiunt quod usus
re ipsa contingit ergo id fluctu non for-
te aut fortuna obtigit Nam hic pacu-
vius infirma racione utitur cum ait ve-
rius esse temeritate quam fortuna res ge-
ri nam utraque opinione philosophorum fieri po-
tuit ut is qui rex fuisset mendicus factus
esset Item infirma racio est que videtur
pro racione afferri sed idem dicit quod in ex-
posicione dictum est hoc modo magno
malo est avaricia hominibus idcirco quod
homines magnis et multis incomodis con-
flictantur propter immensam pecunie cupiditatem.
Nam hic aliis verbis idem per racionem dicitur
quod dictum est per exposicionem Item infirma
racio est que minus ydoneam quam res postulat

causam subiciat expositionis / hoc modo. Utilis
est sapientia propterea / quod qui sapientes sunt pie-
tatem colere consueverunt; Item utile est ami-
cos vere habere. habes enim quibus iocari possis
Nam in huiusmodi racionibus non universali neque
absoluta. sed extenuata racione expolito con-
firmatur / Item infirma racio est que aliis expo-
ni potest accomodari ut facit pacuvius qui
eandem affert racionem quare ceca quare bru-
ta dicatur fortuna. In confirmacione racionis
multa et vitanda in ea et observanda in
adversariorum racione sunt vicia / Preterea
quod diligencius conservanda quod accurata
confirmacio racionis totam vehementissime compro-
bat argumentacionem. Utuntur ergo studiosi
in confirmanda racione duplici conclusione
hoc modo. In iuria abs te afficior indignis-
sime. nam si indignum esse tu me sponte existi-
mabas. cur me huiusmodi locasti imperiis / sin
est probus / cur talem virum invitum cogis
relinquere / que hoc modo concluduntur / aut
ex contrario convertuntur / aut ex simplici re-
prehendentur. Ex contrario hoc modo nulla
te indigna o nata afficio iniuria. Si pro-
bus est collocavi / sin autem improbus. divorcio
liberabo te ab incomodis. ex simplici parte
reprehenditur / si ex duplici conclusione alter-
utra parte diluitur hoc modo. Nam si impro-
bum esse cresphontem existimabas / cur me
huius locabas imperio. duxi probum er-
ravi post cognovi / et fugio cognitum. Ergo
reprehensio huiusmodi conclusionis duplex
est acucior illa superior facilior hec poste-
rior ad excogitandum. Item viciosa abroti-
mur protervo omnibus regi signo hoc modo
Necesse est qui pallet egrotasse / aut necesse
est peperisse / que sustinet puerum infantem
Nam hec sua sponte certa signa non habent / si
non certa quoque similia concurrunt / que si con-
currerint non mediocriter huiusmodi signa adauget

suspicionem. Item vitiosum est quod vel in alium vel
in eum ipsum qui dicit id quod in adversarium
dicitur potest convenire hoc modo. Miseri sunt
qui uxores sibi duxerunt. at tu duxisti alteram.
Item vitiosum est quod vulgarem habet defensi-
onem hoc modo. Iracundia ductus peccavit
aut adolescentia aut amore. Huiuscemodi enim
deprecationes si probabuntur impune a contencione
maxima dilabentur. Item vitiosum est cum illud
pro certo sumitur quod inter omnes non constat. quod etiam
nunc in controversia est hoc modo. Eo tu dii quibus
est potestas motus superum atque inferum. pacem
inter sese conciliant. et conferunt concordiam.
Nam ita pro suo hoc exemplo usum Thesprotum
Ennius induxit quasi iam certis rationibus satis
ita esse id demonstrasset. Item vitiosum est quod
quasi sero atque acto negocio dici videtur hoc
modo. In mentem mihi si venisset Quirites non
commisissem. ut in hunc locum res veniret. Nam
hoc aut hoc fecissem. sed me tum hec ratio fugit.
Item vitiosum est cum id quod in aperto delicto
positum est. tamen aliqua tegitur defensione
hoc modo. Cum te expetebant omnes floren-
tissimo regno reliqui. nunc cum desertus
es ab omnibus summo periculo plus. ut restituam
paro. Item vitiosum est quod in aliam partem
ac dictum sit potest accipi. id est eiusmodi. ut
si quis potens ac factiosus in contione dixerit
satius esse uti regibus quam uti malis legi-
bus. Nam hec causa et si rei augende causa
potest sine malicia dici. tamen propter potentiam eius
qui dicit non dicitur sine atroci suspitione.
Item vitiosum est falsis aut vulgaribus diffini-
tionibus uti. False sunt huiusmodi ut si quis dicat in-
iuriam esse nullam nisi que ex pulsatione aut
convicio constet. Vulgares sunt que nihilo-
minus in aliam rem transferri possunt. ut si quis
dicat quadruplator. ut breviter dicam capi-
talis est. est enim improbus et pestifer civis.
Nam nihilomagis quadruplatoris quam furis

quam sicariis aut proditoribus attulit diffinicionem
Item viciosum est per argumento sumere id quod
in disquisicione positum est / ut si quis quem
furti arguat / dicat eum esse hominem impro-
bum avarum · fraudulentum eius rei testimo-
nio esse quod sibi furtum fecerit · Item vi-
ciosum est controversiam / controversia
solvere · hoc modo / Non convenit censo-
res istum vobis satisfacere / ex eo quod ait se
non potuisse adesse / ita ut iuratus fue-
rat · quod si ad exercitum non venisset / id ne
tribunus militum diceret / hoc ideo viciosum
est · quia non expedita aut iudicata res sed
impedita et in simili controversia posita
exempli loco profertur · Item viciosum est
quod cum id de quo summa controversia est / pa-
rum expeditur / et quasi transactum sit
relinquitur / hoc modo Aperte fatur dea
si intelligas tali dari arma iubet qualis
fuit ille qui gessit et iubet potiri si pude-
amus pergamo que ego mea profiteor
esse / me enim equum est fratris fraternis ar-
mis in quod ad iudicarier vel quod propinquus
aut quia virtutum emulus sum Item vi-
ciosum est ipsum sibi in oracione sua dissentire
et contra ea que ante dixerat dicere hoc
modo Qua causa accusem hunc tum id
disputando evolvere Nam si veretur quid
eum accusem qui est probus · Si in vere mun-
dum animi ingenium possidet quid eum
accusem quod id primi auditu existimet non
incomoda racione videtur sibi ostendisse
qua re non accusaret quid postea quid cat-
mite te absumo dextera exordio · Item vicio-
sum est · quod dicitur contra iudicis voluntatem
aut eorum qui audiunt / si aut partes qui-
bus illi student / aut homines / quos illi caros
habent ledant / aut aliquo huiusmodi vicio le-
ditur auditoris voluntas · Item viciosum est omnes
partes confirmare / quas pollicitus sis in exposicione

Item verendum est / ne de alia re dicatur, cum
alia de re controuersia sit in que huiusmodi
vicio considerandum est / ne aut ad rem addatur
quid aut quippiam de re trahatur / aut tota
causa mutata in aliam causam deriuetur / ut
apud pacuuium. Zethus cum Amphione quorum
controuersia cum de musica inducta est. dispu-
tacio in sapiencie racionem et virtutis utilitatem
consummatur. Item considerandum est ne aliud
accusacionis criminacio contineat / aliud defen-
soris purgacio purget sepe consulto multi
ab reo faciunt angustiis causae coacti / ut si quis
cum accusetur ambitu magistratum petisse
ab imperatoribus sepe militem dicat / aut ex-
ercitum se donatum esse / hoc si diligenter
in oracione aduersariorum obseruauerimus sepe
deprehenderimus eos de ea re / quod dicant
non habere. Item viciosum est artem aut
scienciam aut studium quodpiam vituperare propter
eorum vicia / qui in eo studiosi sunt velu-
ti qui rethoricam / vituperant propter alicuius
oratoris vituperandam vitam. Item viciosum
est ex eo quod perperam factum constat esse pec-
cati ostendi / a quo homine factum sit hoc modo /
mortuum deformatum tumore preditum de-
coloratum / constat veneno fuisse / ergo veneno
constat necatum / deinde si sit in eo usque
adeo occupatus ut multi faciunt venenum
datum vicio / non mediocri conflictant. Non
enim factum ne sit quaeritur / sed a quo factum sit
Item viciosum est in comparandis rebus alteram
rem efferre de re altera non facere mencionem
vel negligencius disputare / ut si comparetur
utrum satius sit populum frumentum accipere
an non. que commoda sunt in altera re enume-
rare. que in altera incommoda sint. veluti
depressa preterea / aut ea / que minima sunt
dicat. Item viciosum est in rebus comparandis ne-
cesse putari / alteram rem vituperari / cum alteram
laudes / quod genus si queratur / utrum maior honos

habendus sit. Albensibus aut vegentinis qd
republice pro ppl'o romano pferunt de his
qui dicat alteros ledat / non enim necesse e si
altos pponas alteros vitupes / fieri enim pt
vt quo altos magis laudais / aliquid altius
ptem laudis / attribuas ne cupide pugnasse
contra vitatem puteris Item viciosum e
de nomine et vocabulo eius rei controuer-
siam struere. quam rem consuetudo optime
pt iudicare / veluti Sulpicius qui intercesse-
rat ne exules quibus dicendi causam non licuisset
reducerentur / Idem postius in mutata vo-
luntate cum eandem legem ferret aliam
se ferret. dicebat propter nominis commutacionem
Nam exules. sed vi electos se reducere ai-
bat ; proinde quasi id fuisset in controversia
quo illi nomine appellarentur pro ppl'o ro-
mano. et quasi non omnes quibus aqua et i-
gnis interdictum est exules appellentur.
Verum illi fortasse ignoscimus si cum causa fe-
cit / nos tamen intelligamus viciosum esse in-
tendere controuersiam propter nominis mutacionem

Quoniam. exornacio constat ex similibus
et exemplis et rebus iudicatis et amplifica-
cionibus et ceteris rebus que ptinent ad exag-
gerandam et collocupletandam argumentacionem
que sint his rebus vicia consideremus Si-
mile viciosum est / qd ex aliqua pte dissimile e
nec habet parem racionem comparacionis / vt sibi
obest / qui affert. Exemplum viciosum est si
aut falsum est ut reprehendatur / aut impro-
bum ut non sit imitandum. aut maius aut
minus quam res postulat. Res iudicata vicio-
se pferetur / si ut dissimile de re aut ea de
re / qua de controuersia non est / aut si impro-
ba aut huiusmodi ut plures ut magis ydo-
nee iudicate ab adversariis proferri possint /
Item viciosum id quod adversarii factum esse
confiteantur de eo argumentari / et planum facere
qd constat factum. Nam id tamen augeri oportet Item

vitiosum id agere quod conuenit doceri ut si quis quem arguat hominem occidisse / et antequam satis ydone=
as argumentaciones attulerit augeat peccatum et dicat nichil esse indignius quam hominem occidere non enim utrum dignum an non / sed factum ne sit queritur. Complexio viciosa est / que non quod=
cumque quod primum sit dictum primum complectitur et que non breuiter concluditur / et que non ex enumeracione certum et constans aliquid re=
linquit / ut intelligatur quid propositum in argumentacione sit quid deinde racione quid confirmatione quid tota argumentacione demon=
stratum. Conclusiones que apud grecos epilogi nominantur / tripartite sunt / nam constant ex enumeratione. amplificatione / et commiseratione
In quatuor locis uti possumus conclusio=
ne. In principio secundum narracionem secundum firmam argumentacionem in conclusione. Enu=
meracio est per quam colligimus / et commonemus quibus de rebus verba fecerimus breui=
ter et renouetur / non integretur oracio et ordine / quicquid erit dictum referimus / ut auditor si memorie mandauerit ad id quod ipse meminerit reducatur in qua curandum est / ne aut exordio / aut narratione repe=
tatur. Enumeracio ordinis / facta et reddi=
ta opera comparata oracio videbitur esse artificij significandi ingenij quoque vendicandi et memorie ostentande causa quapropter initium enumeracionis sumendum est / a diui=
sione / ordine / exponende res sunt / que tractate erunt in confirmatione et confu=
tacione / Amplificacio est que per locum communem instigacionis auditorum causa sumitur / Loci quibus ex decem preceptis commo=
dissime sumuntur / ad augendi criminis causa primus locus sumitur ab auctoritate cum memora=
mus quante cure ea res fuerit / dijs immorta=
libus aut maioribus nostris regibus ciuita=
tibus / nacionibus / hominibus sapientissimis

Senatum item quoque et modis maxime de his
rebus legibus sanccitum sit. Secundus locus
est cum consideramus illas res de quibus cri-
minamur ad quos pertineat utrum ad omnes quod
atrocissimum est an superiores quod genus hij
sunt a quibus auctoritatis locus communis sumitur
an ad pares. hoc est in eisdem partibus ani-
mi corporis fortunarum positos an ad inferiores
qui his rebus omnibus antecelluntur. tercius
locus est quo percontamur quid sit even-
turum si omnibus idem concedatur et ea re ne-
glecta ostendemus quid periculorum atque incommo-
dorum consequatur. Quartus locus est quo
demonstratur si huic sit remissum multos ala-
criores ad maleficia futuros esse quos adhuc
expectatio iudicii remoratur. Quintus lo-
cus est si a semel aliter iudicatum sit nul-
lam rem fore que incommodum aut perperam
erratum iudicium corrigere possit quo in loco
non incommodum erit uti ceterarum rerum
comparatione ut ostendamus alias res posse aut
vetustate sedari aut consilio corrigi huius
non rei leniende aut corrigende nullam
rem adiumento futuram. Sextus locus est
cum ostendemus ex consulto factum et dicemus
voluntario facinori nullam esse excusationem
imprudentie esse iustam deprecationem paratam.
Septimus locus est cum ostendemus tetrum
facinus crudele nepharium tirannicum esse quod
genus iniuriarum aut earum rerum aliud
quarum rerum causa bella suscipiuntur et cum
hostibus de vita dimicatur. Octavus locus
est quo ostendimus non vulgare sed singula-
re maleficium esse spurcum nefarium et in-
usitatum quo maturius et atrocius vindican-
dum est. Nonus locus constat ex peccatorum comparatio-
ne quasi cum dicimus maius esse malefi-
cium stuprare ingenuam quam sacra ledere quod al-
terum propter egestatem alterum propter intempe-
rantem superbiam facit. Decimus locus est per que-

omnia que in negocio gerendo sunt acta, queque
rem consequi solet exponere acriter et criminose
et diligenter, ut agi rem et geri negocium videatur
rerum consequencium enumeracione. Miseri-
cordia commovebitur auditoribus si va-
riam fortunarum commutacionem dicemus; si osten-
demus in quibus commodis fuerimus quibusque
incommodis simus comparacione; si que nobis fu-
tura sint nisi causam obtinuerimus enumerabimus
et ostendemus; et si supplicabimus et nos sub eorum
quorum misericordiam captabimus potestatem subiciemus;
si quid nostris proximis parentibus liberis ceterisque
necessariis casurum sit propter nostras calamitates
aperiemus; et simul ostendemus illorum nos
sollicitudine et miseria non nostris incommodis
dolere; si de clemencia humanitate misericordia
nostra qua in alios usi sumus aperiemus; si nos
semper aut in malis diu fuisse ostendemus;
si nostrum fatum aut fortunam conquerimur;
si animum nostrum fortem paciendum incommodorum
ostendemus fuisse. Commiseracionem brevem esse oportet.
Nichil enim lacrima citius arescit. Fere
locos obscurissimos totius artificii tetigi-
mus in hoc libro; quapropter huic volumini
modus hic sit; reliquas precepciones quo-
ad videbitur in tercium librum transferimus.
Hec si ut conquisite conscripsimus ita dili-
genter fueris consecutus, et nobis cum et sine
nobis considerabis, et nos industrie fructus
ex tua sciencia captabimus, et tute nostram diligen-
ciam laudabis, tua quoque precepcione letabere;
tu scientior eris preceptorum artificiosorum, nos
alacriores ad reliquum persolvendum. Verum hec fu-
tura satis scio; te enim non ignoro. Sed nos deinceps ad
cetera precepta transeamus, ut quod libe-
tissime facimus tue voluntati rectissime morem
geramus.

Ad omnem iudicialem causam quemadmodum conveniret

Liber Tertius

Inventionem vero accomodam satis habundanter arbitror superioribus libris demonstratum. Nunc earum rationem rerum inveniendarum que pertinebant ad causas deliberativas et demonstrativas in hunc librum transtulimus ut omnis inveniendi preceptio tibi quam primum persolveretur. Reliquae quattuor partes erant artificii. De tribus partibus dictum est in hoc libro dispositione pronunciatione memoria. De elocutione quia plura dicenda videbantur in quarto libro conscribere maluimus quem ut arbitror tibi librum absolutum mittemus ne quid tibi rhetoricae artis deesse possit. Interea prima quaeque et nobiscum cum voles et interdum sine nobis legendo consequere ne quid impediare quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis. Nunc tu fac attentum te praebeas et nos proficisci ad instituta pergemus. **Deliberationes** partim sunt huiusmodi ut quaeratur utrum potius faciendum sit ~~potius hoc an~~ partim huiusmodi ut quid potissimum faciendum sit consideretur. Utrum potius hoc modo: Kartago tollenda an relinquenda videatur. Quid potissimum hoc pacto: ut si Hanibal consultet cum ex Italia Carthaginem arcessatur an in Italia remaneat an domum redeat an in Egiptum profectus occupet Alexandriam. Item deliberationes partim ipse aliquae de sua re veniunt in deliberationem et consultationem, ut si deliberet senatus bello Italico solvat ne legibus Scipionem ut eum liceat ante tempus consulem fieri; partim et ipse sunt consideratione et magis propter extraneam causam veniunt in consultationem, ut si deliberet senatus bello Italico sociis det civitatem an non. In quibus causis rei natura faciet deliberationem, omnis oratio ad ipsam rem accomodabitur. In quibus extranea causa conficiet deliberationem, in his ipsa causa erit ad augendam aut deprimendam per orationem. Omnem orationem eorum qui sententiam dicent finem sibi conveniet utilitatem proponere ut omnis eorum ratio ad eam conferatur.

Utilitas

Utilitas in duas partes in tutam et in hone-
stam in civili consultatione dividitur. Tuta est que
conficit instantis aut consequentis periculi vitacionem
qualibet racione. Hec distribuitur in vim et
dolum, quorum aut alterum separatim aut utrumque
sumemus coniuncte. Vis decernitur per ex-
citus, classes, arma, tormenta, evocaciones
hominum et alias huiusmodi res. Dolus con-
sumitur in pecunia, pollicitacione, dissimula-
cione, maturitate, et ceteris rebus de quibus
magis idoneo tempore loquemur, si quando
de re militari aut de administracione reipublice
scribere velimus. Honesta res dividitur in rectum
et laudabile. Rectum est quod cum virtute et of-
ficio fit. Id dividitur in prudenciam, iusti-
ciam, fortitudinem, modestiam. Prudencia
est calliditas que racione quadam potest dele-
ctum habere malorum et bonorum. Dicitur
item prudencia sciencia cuiusdam artificii,
et appellatur prudencia rerum multarum memo-
ria et usus complurium negociorum. Iusti-
cia est equitas ius unicuique tribuens pro di-
gnitate cuiusque. Fortitudo est rerum ma-
gnarum appeticio et humilium contempcio et la-
boris cum utilitatis racione perpessio. Mode-
stia est in animo continens moderacio cupi-
ditatum. Prudencie partibus utemur in di-
cendo si commoda cum incommodis conferemus,
cum alterum sequi, vitare alterum cohortemur,
aut si qua in re cohortabimur cuius rei
aliquam disciplinam poterimus
habere, quomodo aut qua racione quidque
fieri oporteat, aut si suadebimus quippiam
cuius rei geste aut presentem aut auditam memo-
riam poterimus habere, qua in re facile id
quod velimus exemplo allato persuadere
poterimus. Iusticie partibus utemur si aut
innocentium aut supplicum misereri dicemus
oportere, si ostendemus bene merentibus gratiam
oportere referri, si demonstrabimus ulcisci

male meritos oportere fidem magnopere censebimus conservandam / si leges et mores civitatis egregie dicemus oportere servari / si societates atque amicicias studiose dicemus coli convenire / si quod in parentes in deos patriam comparavit / id religiose colendum monstrabimus / si hospitia clientelas cognaciones affinitates caste colendas esse dicemus / si nec precio nec gratia / nec periculo / nec simultate / a via recta ostendemus deduci / oportere / si dicemus in omnibus equabile ius statui convenire / His itaque atque huiusmodi partibus iusticie si quam rem in contione / aut in consilio faciendam censebimus iustam esse / ostendemus contrariis partibus iniustam / Ita fiet ut hisdem locis et ad persuadendum / et ad dissuadendum simus parati / Sin fortitudinis retinende causa faciendum quid esse dicemus / ostendemus res magnas et celsas sequi et appeti oportere / et item res humiles et indignas viris fortibus / viros fortes contempnere oportere / nec eas ydoneas dignitate sua iudicare / Item a nulla re honesta periculi aut laboris magnitudine deduci oportere / antiquiorem mortem turpitudine habere / nullo dolore cogi / ut ab officio recedatur / nullius pro rei veritate metuere inimicicias / quodlibet pro patria / parentibus hospitibus amicis / et omnibus hiis rebus quas iusticia colere cogit / adire periculum et quemlibet suscipere laborem / Modestie partibus utemur / si nimias libidines honoris pecunie / similiumque rerum vituperabimus / si unam quamque rem nature termino diffiniemus / si quoad cuique satis sit ostendemus / et nimium progredi dissuadebimus / et modum unicuique rei statuemus / Huiusmodi partes virtutis sunt omnibus verbis amplificande / si persuadebimus / si ab hiis dehortabimur attenuande / ut hec attenuentur / que supra

demonstrabimus. Nam nemo est qui censeat a vir-
tute recedendum / verum aut res non eiusmodi
dicatur esse / ut virtutem possimus egregiam
experiri · aut in contrariis potius rebus
quam in hiis virtus constare ostendatur / Et
si quo pacto poterimus quam is qui dicet
iusticiam vocarit nos dicemus demonstrabi-
mus ignaviam esse · aut inerciam ac pra-
vam liberalitatem · quam prudenciam appella-
bit ineptam et garrulam et odiosam sci-
ciam esse dicemus / quam ille modestiam dicet
esse / eam nos inerciam et dissolutam ne-
gligenciam esse dicemus / Quam ille for-
titudinem nominarit eam nos gladiato-
riam et inconsideratam appellabimus temerita-
tem / Laudabile est quod conficit honestam et
presentem et sequentem commemoracionem / Hoc eo
nos separavimus a recto non quod hee quatuor
partes / que subiciuntur sub vocabulo recti hanc
honestatis commemoracionem dare non soleat
Sed quamquam ex recto laudabile nascitur /
tamen in dicendo seorsum tractandum est
hoc ab illo. neque enim solum laudis causa
rectum sequi convenit / sed si laus conse-
quitur duplicatur recti appetendi volun-
tas / Cum igitur demonstrandum erit rectum lau-
dabile esse demonstrabimus aut ab ydoneis ho-
minibus / ut si qua res honestiori ordini pla-
ceat / que a deteriore ordine improbetur / aut
aliquibus sociis / aut omnibus civibus ex-
teris nacionibus / posterisque nostris / Cum huius-
modi sit divisio locorum in consultacione bre-
viter est aperienda tocius tractacio cause /
Exordiri licebit vel a principio vel ab insinua-
cione / vel hiisdem racionibus quibus in iu-
diciali causa / Si cuius rei narracio inci-
det eadem racione narrari oportebit / Quoniam
in huiusmodi causis finis est utilitas
et ea dividitur in tutam et honestam / Si utrumque
poterimus ostendere / utrumque pollicebimur

Docet circa laudabile locum quem

Omnia possessa ... quod sit in consultacione ... fundamenta ... ostendit

nos in dicendo demonstraturos esse. Item aliam
quod diximus ostendemus. Aut si no-
stram rationem tutam esse dicemus divisione
utemur in vim et consilium. Nam quod
in dicendo rei demonstrande causa dolum
appellavimus id in dicendo honestius con-
silium appellabimus. Si rationem nostram
rectam esse dicemus et omnes partes
recti incident quadripertita divisione ute-
mur. Si non incident quot erunt tot ex-
ponemus in dicendo. In confirmatione et
confutatione utemur nostris locis quos
ante ostendimus confirmandis, contrariis
confutandis. Argumentationis tractande
artificiose de secundo libro ratio petetur.
Sed si acciderit ut in consultatione alteri
ab tuta ratione alteri ab honesta ratione
sententia sit, ut in deliberatione eorum
qui a Poeno circumsessi deliberant quid
agant, tutam rationem si quis adiget his
locis utetur. Nullam rem utiliorem
esse incolumitate. Virtutibus uti neminem
posse qui suas rationes in tuto non colloca-
rit. Nec deos quidem esse auxilio eis qui
se inconsulte in periculum mittant. Hone-
stum nichil oportere existimari quod non
salutem pariat. Qui tutam rem ponet, qui
honestam, his locis utetur. Virtutem nul-
lo tempore esse relinquendam. Vel dolorem
si timeatur, vel mortem si ea formi-
detur, dedecore et infamia leviorem
esse. Considerare que sit turpitudo con-
secutura. At non immortalitatem neque eter-
nam consequi incolumitatem, nec esse
exploratum illo vitato periculo nul-
lum in aliud periculum venturum. Virtutem
vel ultro ad mortem progredi esse preclarum
esse. Fortitudini fortunam quoque esse ad-
iumento solere. Eum tute vivere qui
honeste vivat, non qui in presentia inco-

hominis. Et enim qui turpiter vivat incolumem
in perpetuum non posse. Conclusionibus simplicibus
in his et in iudicialibus ut solemus nisi
quod in his maxime conducit quamplurimas res ante
gestas exempla proferre. Nunc ad demonstrati-
vum genus cause transeamus. Quo-
niam haec causa dividitur in laudem et
vituperationem, quibus ex rebus laudem constitue-
rimus, ex contrariis rebus erit vituperatio com-
parata. Laus igitur potest esse rerum externarum
et corporis et animi. Rerum externarum sunt ea
que casu aut fortuna secunda aut adversa
accidere possunt, ut genus, educatio, divitie, po-
testates, glorie, civitas, amicicie, et que huius-
modi sunt et ea que his contraria. Corporis sunt ea
que natura corpori attribuit commoda aut incommo-
da: velocitas, vires, dignitas, valitudo, et que
contraria sunt. Animi sunt ea que consilio et co-
gitatione nostra constant: prudentia, iusticia, for-
titudo, modestia, et que contraria sunt. Erit
igitur haec confirmatio et confutatio nobis in huius-
modi igitur causa. Principium sumetur aut ab nostra
aut ab eius de quo loquimur aut ab eorum qui
audient persona aut ab re. Ab nostra, si laudabi-
mus: aut officio facere, quod causa necessitudinis
intercedat; aut studio, quod eiusmodi virtute sit ut
omnes commemorare debeant velle; quod rectum sit
aut ex aliorum laude ostendere qualis ipsius
animus sit. Si vituperabimus: aut merito quod
ita ab eo tractati simus; aut studio, quod utile
putemus esse ab omnibus unicam malitiam
atque nequitiam cognosci; aut quod placeat ostendi
quid nobis displiceat ex aliorum vituperatione.
Ab eius persona de quo loquimur, si laudabimus:
dicemus vereri nos ut illius facta verbis
consequi non possimus; omnes illius virtutes
predicari oportere; ipsa facta omnium laudatorum el-
oquentiam anteire. Si vituperabimus, ea que vi-
demus contra paucis commutatis dici posse
dicemus, ut paulo supra exempli causa demonstratum est.

Ab auditorum persona si laudabimus quoniam apud eos laudemus nos monere eos pauca dicturos / aut si erunt ignari ut talem virum velint cognoscere petemus / cum in eodem virtutis studio sint apud quos laudemus quo ille qui laudatus fuerit aut sit / sperare nos facile his quibus velimus huius facta probaturos. Contra vituperatio quoniam norunt nos pauca de nequicia eius dicturos esse / Quod si ignorent petemus uti agnoscant uti maliciam vitare possint / quoniam dissimiles sunt qui audiant atque ille qui vituperatur / Sperare nos illius vitam vehementer eos improbaturos vereri ne cum multa dixerimus plura pretereamus / et que similes formas habebunt quibus sumitur contraria a vituperatione.

Principio tractato aliquarum quas ante commemoravimus non narratio non erit ulla que necessario consequatur. Sed si qua inciderit tum aliquod factum eius de quo loquimur nobis narrandum sit / cuius laudis aut vituperationis preceptio narrandi de primo libro repetetur. Divisione hac utemur exponemus quas res laudaturi aut vituperaturi sumus. Deinde ut que quove tempore res erit gesta ordinem dicemus / ut quid quamque tute caute que egerit intelligatur. Sed exponere oportebit animi virtutes aut vicia / deinde comoda aut incomoda corporis / aut rerum extranearum / quo ab animo tractata sint demonstrare. Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus. Ab externis rebus genus in laude quibus maioribus natus sit si bono genere parem aut excellenciorem fuisse si humili genere ipsum in suis non maiorum virtutibus habuisse presidium / in vituperatione / si bono genere dedecori maioribus fuisse si malo tamen his ipsis fuisse detrimento. Educatio in laude quod bene et honeste in bonis disciplinis totius pueritie fuit / In vituperatione contra [illegible] transire apte / at corporis comoda a natura in laude

si sit dignitas aut forma laudi fuisse eam quemadmodum Hectoris detrimento atque dedecori. Si vires atque velocitas egregia honestis hec exercitationibus et industriis comparata. Si valitudo perpetua diligentia et temperantia cupiditatum. In vituperatione si erunt hec corporis commoda his male usum dicemus que casu et natura tamquam quilibet gladiator habuerit. Si non erunt preter formam omnia ipsius culpa et intemperantia abfuisse dicemus. Deinde revertemur ad extraneas res et in hys animi virtutes aut vitia que fuerint considerabimus, divicie an paupertas fuerit et que potestas, que gloria, que amicicie, que inimicicie et quid fortiter in gerendis inimiciis fecerit, cuius causa susceperit inimicias, qua fide benivolentia quo officio gesserit amicitias, in diviciis qualis aut paupertate cuiusmodi fuerit, quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Si interierit quo modo cuiusmodi mors eius fuerit cuiusmodi res mortem eius sit consecuta. Ad omnes autem res in quibus animus hominis maxime consideratur, ille quatuor animi virtutes erunt accomodande, ut si laudemus, aliud iuste, aliud fortiter, aliud modeste et aliud prudenter factum esse dicamus. Si vituperemus, aliud iniuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicemus. Perspicuum est iam nimirum ex hac dispositione quemadmodum sit tractanda tripertita divisio laudis et vituperationis, si illud etiam assumserimus non necesse esse nos omnes has partes in laudem et vituperationem transferre, propterea quod sepe ne incidunt quidem, sepe aut ita tenuiter ut non sint necessaria dictu. Quare eas partes que firmissime videbuntur legere oportebit.

Conclusionibus breviter

Utemur enumeratione ad exitum cause, in ipsa causa breves et crebras amplificationes interponere oportebit per locos communes. Nec hoc genus cause eo quod raro accidet in vita neglegendum commendandum est. Nec enim id quod potest accidere ut faciendum

sit aliquando nobis oportet velle quam accommodatissime
posse facere; et si separatim haec causa minus
saepe tractatur, at in iudicialibus et in deliberativis
causis saepe magnae partes versantur laudis aut
vituperationis. Quare in hoc quoque genere causae
nonnihil industriae consumendum putemus. Nunc
absoluta nobis difficillima parte rethorice,
hoc est inventione perpolita atque ad omne causae
genus accommodata, tempus est ad ceteras
partes proficisci. De dispositione igitur dispositione
dicemus. Quoniam dispositio est per
quam illa quae invenimus in ordinem redi-
gimus, ut certo quidque loco pronuntietur, videndum
est cuiusmodi rationem in disponendo habere
conveniat. Genera dispositionum sunt duo: unum
ab artis institutione profectum, alterum ad casum
temporis accommodatum. Ex institutione artis disponemus
cum sequemur eam praeceptionem quam in libro primo
exposuimus, hoc est ut utamur principio, nar-
ratione, divisione, confirmatione, confutatione, con-
clusione, et hunc ordinem quemadmodum praecep-
tum est ante in dicendo sequamur. Item ex institu-
tione artis non modo totas causas per orationem, sed sin-
gulas quasque argumentationes disponemus, quem-
admodum in libro secundo docuimus: expositionem,
rationem, confirmationem, exornationem, conclusionem.
Haec igitur duplex dispositio est: una per orationes,
altera per argumentationes ab institutione artis profe-
cta. Est autem alia dispositio, quae, cum ab ordi-
ne artificioso recedendum est, oratoris iudicio
ad tempus accommodatur, ut si ab narratione
dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima
argumentatione, aut ab litterarum aliquarum reci-
tatione, aut si secundum principium confirmatione
utemur, deinde narratione, aut si quam
huiusmodi permutationem ordinis faciemus; quorum
nichil nisi causa postulet fieri oportebit. Nam
si vehementer aures auditorum obtusae videbuntur
atque animi defatigati ab adversariis multitu-
dine verborum, commode poterimus principio supersedere

Et ordini causam ut a narratione ut aliqua fir-
missima argumentacione: Deinde si comodum
erit quod non semper necesse est ad principium sive insinuacionem re-
verti licebit. Si causa nostra magnam difficulta-
tem videtur habere ut nemo equo animo princi-
pium possit audire ab narracione cum inceperimus
ad principium sermonem revertemur si narracio parum
probabilis exordiemur ab aliqua firma argumen-
tacione. His commutacionibus et translacionibus
partium sepe uti necesse est cum ipsa res artifi-
tiosam disposicionem artificiose commutare cogit. In
confirmacione et confutacione argumentacionum dis-
posicionem huiusmodi convenit habere. firmissi-
mas argumentaciones in primis et in postremis
cause partibus collocare mediocres et neque in-
utiles ad dicendum neque necessarias ad proban-
dum que si separatim ac singule dicantur infirme
sunt cum ceteris coniuncte et firme et probabiles
fiunt interponi in medio et collocari oportet. Nam
et statim re narrata expectat animus audi-
toris ex qua re causa confirmari possit. Quapropter
continuo firmam aliquam oportet inferre argu-
mentacionem. Et quoniam nuperrime dictum facile memorie
mandatur utile est cum dicere desinamus ali-
quid relinquere in animis auditorum bene fir-
mam argumentacionem. Hec disposicio locorum tamquam
instructio militum facillime in dicendo sicut il-
la in pugnando parare poterit victoriam

Pronunciacionem multi maxime utile
oratori dixerunt esse et ad persuadendum plurimum
valere. Nos quidem unum de quinque rebus plurimum
posse non facile dixerimus. nec egregie magnam esse
utilitatem in pronunciacione sola audacter confirma-
verimus. Nam comode invenciones et concinne verborum
elocuciones et partium cause artificiose disposicio-
nes et horum omnium diligens memoria sine pronuncia-
cione non plus quam sine his pronunciacio sola po-
terit. Quare et quia nemo de ea re diligenter scripsit
nam omnes vix posse putarunt de voce et vultu
et gestu dilucide scribi cum he res ad sensus nostros

pertinent Et quia magno opere ea pars a nobis ad dicendum
comparanda est non negligenter videtur tota res con-
sideranda Diuiditur igitur pronunciatio
in vocis figuram et in corporis motum Figura
vocis est ea que suum quendam possidet habitum
racione et industria comparatum hec diuiditur
in tres partes magnitudinem firmitudinem mol-
litudinem Magnitudinem vocis maxime comparat natura
nonnichil hanc auget sed maxime curacio con-
firmat firmitudinem vocis maxime comparat natura
nonnichil adauget sed maxime conseruat exer-
citacio declamacionis Mollitudinem vocis hec
est ut eam torquere in dicendo pro nostro commodo
possimus maxime faciet exercitacio mutacionis Qua-
propter de magnitudine vocis et firmitudinis parte quoniam
altera natura altera cura comparatur nichil nos at-
tinet commoneri Communis enim est res nisi ut
ab hiis qui inscij sunt eius artificij racio cu-
racionis vocis petatur De ea parte firmitudinis
que conseruatur racione declamacionis et de mollitu-
dine vocis que maxime necessaria est oratori
Et quia ea quoque moderacione declamacionis com-
paratur dicendum videtur firmamentum vocis
maxime poterimus in dicendo conseruare si
qua maxime sedata et depressa voce principia
dicemus Nam hic leduntur arterie si ante-
quam voce per mulse sint acri clamore com-
plentur Et intervallis longioribus uti con-
veniet Recreatur enim spiritu vox et arterie re-
ticendo quiescunt et continuum clamorem
remittere et ad sermonem transire oportet Com-
mutaciones enim faciunt ut nullo genere vocis
effuso in omni voce integri simus et acutas
vocis exclamaciones vitare debemus Ictus enim
fit et vulneratur arterie acuta atque atte-
nuata nimis acclamacione Et si quis sple-
ndore vocis consumitur uno clamore et uno
spiritu continenter multa dicere in extrema
conveniet oracione fauces enim calefiunt et ar-
terie complent et vox que varie tractata est

Reducit in quendam sonum equabilem atque consta-
tem. Quia sepe rerum nature gracia quedam iu-
re debetur veluti accidit in hac re. Nam que di-
cimus ad vocem suavandam prodesse, eadem attinent
ad suavitatem pronunciacionis, ut quod nostre voci pro-
sit idem voluntati auditoris prodesse probetur.
Utile est ad firmitudinem sedata vox in principio.
Quid enim insuavius quam clamor in exordio cause.
Intervalla vocem adfirmant, eadem sentencias con-
cinniores divisione reddunt, et auditori spacium
cogitandi relinquunt. Conservat vocem continui cla-
moris remissio, et auditorem quidem varietas ma-
xime delectat, cum sermone animum eius retinet
et exsuscitat clamore. Acuta exclamacio vocem
vulnerat, eadem ledit auditorem, que emendat
varietas. Habet enim quod dicit inliberale et ad
muliebrem potius vociferacionem quam ad virilem dig-
nitatem in dicendo accommodatum. In extrema ora-
cione vox continens remedio est voci. Quid? Nonne
eadem nonne animi vehementissime calefacit au-
ditoris in totius conclusione cause. Cum vero
igitur eedem vocis firmitudini et pronunciaci-
onis suavitati prosunt, de utraque re simul
erit in presencia dictum, de firmitudine que visa
sunt et suavitudine que coniuncta fuit. Ce-
tera suo loco paulo post dicemus.

Mollitudo ergo vocis quoniam omnis ad rheto-
rem pertinet diligencius nobis consi-
deranda est. Ea dividitur in sermonem, conten-
cionem, amplificacionem. Sermo est oracio remis-
sa et finitima quottidiane locucioni. Con-
tencio est oracio acris et ad confirmandum et ad con-
futandum accommodata. Amplificacio est oracio
que aut ad iracundiam inducit aut ad
misericordiam trahit animum auditoris.

Sermo dividitur in partes quatuor: dig-
nitatem, demonstracionem, narracionem, et iocacionem.
Dignitas est oracio cum aliqua gravitate
et vocis remissione. Demonstracio est oracio
que docet remissa voce quo quid fieri potuit

Aut non potuerit. Narratio est rerum gestarum
aut proinde ut gestarum expositio. Iocatio est
oratio que ex aliqua re risum prudentem et
liberalem potest comparare. Contentio dividitur
in continuationem et distributionem. Continuatio est
orationis enunciande acceleratio clamosa. Distri-
butio est in contentione oratio frequens cum raris et
brevibus intervallis acri vociferatione. Amplifi-
catio dividitur in cohortationem et conquestionem. Co-
hortatio est oratio que aliquod peccatum amplifi-
cans auditorem ad iracundiam deducit. Conque-
stio est oratio que incommodorum amplificatione
animum auditoris ad misericordiam perducit. Quoniam
igitur mollitudo vocis in tres partes divisa est
et hee partes ipse sunt in octo partes alias
distribute, harum octo partium que cuique ido-
nea sit pronunciatio demonstrandum videtur.
Sermo cum est in dignitate plenis faucibus se-
datissima quam et depressissima voce uti conve-
nit, ita tamen ut ne ab oratoria consuetudine
ad tragicam transeamus. Cum autem est ser-
mo in demonstratione voce paululum attenu-
ata crebris intervallis et divisionibus uti op-
tet ut in ipsa pronunciatione eas res quas de-
monstrabimus inserere atque insecare videa-
mur in animis auditorum. Cum autem est ser-
mo in narratione vocum varietate opus est
ut quo quidque pacto gestum sit ita nar-
rari videatur. Strenue quod volumus o-
stendere facimus celeriuscule dicere, at aliud ocio-
se retardabimus. Deinde modo acriter tum clemen-
ter meste hilariter in omnes partes commutabimus ut
verba ita pronunciationem. Si qua inciderint in nar-
ratione dicta rogata responsa et si que admiratio-
nes de quibus nos narrabimus diligenter animadu-
temus ut omnium personarum sensus atque animos voce
exprimamus. Sin erit sermo in iocatione leniter
tremebunda voce cum parva significatione risus
sine ulla suspicione nimie cachinnationis
leniter oportebit a sermone serio vocem torquere.

ad liberalem vocem. Cum autem contendere oportebit quoniam
id aut per continuacionem aut per distribucionem faciendum
est, in continuacione adaucto mediocriter sono vo-
cis verbis continuandis vocem quoque augere oportebit et in ter-
cioribus sonis celeriter cum clamore verba conficere ut
vim volubilem oracionis vociferacio consequi possit.
In distribucione vocem ab imis faucibus exclama-
cione quam clarissima adhibere oportebit, et quantum spa-
cii per singulas exclamaciones sumpserimus tantum per
singula intervalla spacii consumere iubemur.
In amplificacionibus cum cohortacione utemur vo-
ce attenuatissima, clamore leni, sono equali, com-
mutacionibus crebris, cum maxima celeritate. In con-
questione utemur voce depressa, inclinato sono, cre-
bris intervallis, longis spaciis, magnis commutacio-
nibus. De figura vocis satis dictum est; nunc de corporis
motu dicendum videtur. Motus est corporis gestus
et vultus moderacio quedam que probabiliora ea red-
dit que pronunciantur. Convenit igitur in vultu pu-
dorem et acrimoniam inesse, in gestu nec venusta-
tem conspiciendam nec turpitudinem inesse, ne aut
hystriones aut operarii videamur esse. Ad easdem
igitur partes in quas vox est distributa motus quoque
corporis racio videtur esse accommodanda. Nam si erit
sermo in dignitate, stantes in vestigio, levi motu dex-
tre motu loqui oportebit, hilaritate, tristicia, me-
diocritate vultus ad sermonis sentencias accommodata.
Sin erit in demonstracione sermo, paululum cor-
pus a cervicibus dimittemus; nam hoc est a
natura datum ut quam proxime tum vultum admoveamus
ad auditores si quam rem docere eos et vehe-
menter instigare velimus. Sin erit in narra-
cione sermo, idem motus poterit idoneus esse qui
paulo ante demonstrabatur in dignitate. Sin in io-
cacione, in vultu quandam debemus hilaritatem
significare sine commutacione gestus. Sin contendemus
per continuacionem, brachio celeri, mobili vul-
tu, acri aspectu utemur. Sin contencio fiet
per distribucionem, porrectione celeri brachii, inam-
bulacione, pedis dextri rara supplausione, acri et

defixo aspectu uti oportet. Sin utemur amplifi-
catione per cohortationem paulo tardiore et consi-
deratiore gestu conveniet uti similibus ceteris rebus
atque in contentione per extimacionem. Sin utemur am-
plificatione per conquestionem feminae plangore et
capitis ictu non nimium sedato et constanti ge-
stu, mesto et conturbato vultu uti oportebit. Non
sum nescius quantum susceperim negocii qui mo-
tus corporis exprimere verbis et imitari scrip-
tura conatus sum voces. Verum nec hoc confi-
sus sum posse fieri ut de his rebus satis commo-
de scribi posset, nec si id fieri non posset hoc
quod feci fore inutile putabam, propterea quod
hic admonere voluimus quod oportet; reliqua
trademus exercitationi. Hoc tamen scire oportet pronun-
ciationem bonam id proficere ut res ex animo agi
videatur. Nunc ad thezaurum inventorum atque
ad omnium partium rethorice custodem memoriam
transeamus. **Memoria vero** utrum quiddam
habeat artificiosi an omnis a natura proficiscatur
aliud dicendi tempus dabitur ydoneum. Nunc
proinde atque constet in hac re multum valere
artem et preceptionem, ita de ea re loquemur. Pla-
cet enim nobis esse artificium memorie; quare autem
placeat alias ostendemus; in presentia cuiusmodi
sit ea aperiemus. Sunt igitur due memorie: una
naturalis, altera artificiosa. Naturalis est ea que
nostris animis insita est et simul cum cogitatione na-
ta. Artificiosa est ea quam confirmat inductio que-
dam et ratio preceptionis. Sed qua in ceteris rebus
ingenii bonitas imitatur sepe doctrinam, ars
porro nature commoda confirmat et auget, ita fit
in hac re ut nonnumquam naturalis memoria si
cui data est egregia, similis sit huic artificiose;
porro hec artificiosa nature commoda retinet et ampli-
ficat ratione doctrine. Quapropter et naturalis memo-
ria preceptione confirmanda est ut sit egregia, et
hec que doctrina datur indiget ingenii. Nec
hoc magis aut minus in hac re quam in ceteris artibus
fit, ut ingenio doctrina, preceptione natura

comitetur. Quare et illis qui natura memores sunt vti-
le hoc erit institutum quod tute paulo post poteris intel-
ligere / et si illi suo freti ingenio nostri preceptorum non
indigerent / tamen iusta causa datur quare hiis qui minus
ingenii habent adiumento velimus esse / Nunc de artifi-
ciosa memoria loquemur. Constat igitur
artificiosa memoria ex locis et ymaginibus. Locos
appellamus eos / qui breviter et perfecte insigniter aut
natura aut manu sunt absoluti. ut eos faci-
le naturali memoria comprehendere et complecti quea-
mus / ut edes intercolumnium angulum fornicem et
alia que hiis sunt similia. Ymagines sunt forme
quedam et note et simulacra eius rei quam me-
minisse volumus. Quod genus equi leonis aqui-
le si velimus horum memoriam ymagines eorum in
certis locis collocare nos oportebit. Nunc cuius-
modi locos invenire et quo pacto reperire et in
locis ymagines constituere oporteat ostendemus. Quem-
admodum igitur qui litteras sciunt possunt id quod di-
ctum est scribere et recitare quod scripserunt / Ita
qui mnemonica didicerunt possunt ea que didice-
runt in locis collocare. et ex hiis memoriter pro-
nunciare. Nam loci enim cere aut carthe simillimi
sunt ymagines litteris dispositio / et collocatio
ymaginum scripture pronunciatio lectioni. Oportet
igitur si volumus multa meminisse / multos nobis lo-
cos comparare. ut in multis locis multas ymagines
collocare possimus. Item putamus hos locos
ex ordine comparari oportere ne quando per pertur-
bationem ordinis impediamur quominus quoto
quoque loco libebit vel a superiore vel ab inferiore
vel a media parte imagines sequi et ea que ad
mandata locis erunt videre et proferre possimus
Nam ut si in ordine stantes notos complures
vidimus nichil nostra intersit utrum a summo an
ab imo aut a medio nomina eorum dicere inci-
piamus. ita ut in locis ex ordine collocatis e-
veniet ut in qualibet parte quoto quoque loco li-
bebit ymaginibus commoniti dicere possimus
id quod locis mandavimus quare placeat et

exordine locos comparare · et locos quos sumpse=
rimus egregie commoditer notare oportebit / ut
perpetuo nobis haerere possint Nam ymagines
sicut littere cum non utimur delentur loci tan=
quam cera remanere debent Et ne forte in numero
locorum falli possimus quintum placet quemque notari
quod genus si in quinto loco manum auream collo=
cemus / in decimo aliquem cui prenomen sit de=
cius · deinde facile erit similes notas quinto quoque
loco collocare Item commodius est in derelicta
quam in celebri regione locos comparare / propterea
quod frequentia et obambulacio hominum conturbat
et infirmat ymaginum notas / solitudo conser=
vat integras simulacrorum figuras / preterea
dissimiles forma natura loci comparandi sunt
ut distincte interlucere possint / Nam si quis /
multa intercolumnia sumpserit conturbabitur simili=
tudine ut ignoret quid in quoque loco collo=
caverit Et magnitudine modicos et mediocres
locos habere oportet Nam et preter modum ampli
vagas ymagines reddunt / et nimis angu=
sti sepe non videntur posse capere ymagi=
num collocacionem Item nec nimis illustres · nec
vehementer obscuros locos habere oportet ne
aut obscurentur tenebris ymagines aut sple=
ndore perfulgeant Intervalla locorum mediocria
volunt esse fere paulo plus aut minus · pedum
tricenum · Nam ut aspectus ita cogitacio mi=
nus valet sive nimis procul removeris
sive vehementer prope admoveris id quod
oportet videri / Sed quamquam facile est ei qui
paulo plus exploraverit et quamvis multos et
ydoneos locos comparare tamen si quis ad ista ido=
neum se invenire non putabit ipse sibi con=
stituat quam volet multos licebit Cogitacio
enim quamvis regionem potest amplecti et in ea
situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fa=
bricari et architectari Quare licebit si hac
prompta copia contenti non erimus nosmetip=
sos cogitacione nostra regionem constituere et idonearum

locorum comodissimam distinctionem comparare / de locis satis dictum est / nunc ad ymaginum rationes transeamus. Quoniam igitur rerum similitudines imagines esse oportet ex omnibus rebus notas nobis similitudines eligere debemus. Duplices igitur similitudines esse debent / vne rerum / alterae verborum. Rerum similitudines exprimuntur cum summatim ipsorum negociorum ymagines comparamus / verborum similitudines constituuntur cum uniuscuiusque nominis et vocabuli memoria notatur. Rei totius memoriam sepe vna nota et imagine simplici comprehendimus hoc modo ut si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum et hereditatis causa factum arguit et eius rei multos dixerit testes et conscios esse. Si hoc primum ut ad defendendum nobis expeditum esset meminisse volemus. In primo loco rei totius ymaginem conformabimus egrotum in lecto cubantem faciemus ipsum illum de quo agetur si formam eius detinebimus si eum non agnouimus aliquem egrotum non de minimo loco sumemus ut cito in mentem venire possit et reum ad lectum eius statuemus / dextera poculum sinistra tabulas medio arcie (?) ouium testiculos tenentem. Hoc modo et testium et hereditatis et veneno necati memoriam habere poterimus. Item deinceps cetera crimina ex ordine in locis ponemus / et quocienscumque rem meminisse volemus si formarum dispositione et imaginum diligenti notatione utemur facile ea que volemus memoria consequemur. Cum verborum similitudines ymaginibus exprimere volemus / plus negocii suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus id nos hoc modo facere oportebit. Iam domi ultionem reges atride parant. In loco constituere oportet manus ad celum tollentem domicium cum a regibus marciis loris cedatur / hoc erit / Iam domi ultionem reges in altero loco esopum et cimbrum subornari ut ad ephigeniam vagantem ad agamenonem et menelaum hoc erit atride parant / hoc modo omnia verba erunt expressa. Sed hec ymaginum conformatio tunc valet

si naturalem memoriam excitaverimus hac nota et
ut versu posito ipsi nobiscum primum transeamus bis
aut ter eum versum / deinde cum imaginibus
verba exprimamus / hoc modo nature suppedita-
bit doctrina. Nam cum utraque altera est sepa-
rata minus erit firma ita tamen ut multo plus in doctrina
atque arte presidii sit quod docere non gravaremur
nisi metueremus / ne cum ab instituto nostro recessi-
ssemus minus comode servaretur / hec dilu-
cida brevitas preceptionis. Nunc quoniam
solet accidere ut imagines partim firme et ad
monendum ydonee sint / partim imbecilles et
infirme / que vix memoriam possint excitare. Qua
de causa utrumque fiat / considerandum est / ut co-
gnita causa quas vitemus / et quas sequamur
imagines scire possimus. Docet nos igitur ipsa
natura / quid fieri oporteat / nam si quas res in
vita videmus parvas usitatas quottidianas
eas meminisse non solemus / propterea quod nulla nisi no-
va aut admirabili re commovetur animus / at si quid
videmus aut audimus egregie turpe aut hone-
stum inusitatum magnum incredibile periculosum
ridiculum id diu meminisse consuevimus / Itaque
quas res ante ora videmus aut audimus oblivis-
cimur / plerumque que acciderunt in puericia memi-
nimus optime sepe. Nec hoc alia de causa potest
accidere nisi quod usitate res facile e memoria ela-
buntur insignes et nove manent in animo diu-
tius / ut solis ortus / cursus atque occasus nemo
admiratur propterea quia quottidie fiunt at
eclipsim solis mirantur. quia raro accidit et
solis eclipsim magis mirantur quam lune propte-
rea quod hee crebriores sunt. Docet ergo se na-
tura vulgari et usitata re non ex-
usscitari / novitate vero et insigni quodam
negocio commoveri / Imitetur igitur ars naturam et quod
ea desideret inveniat si quod ostendit natura
sequatur. Nichil enim est quod aut natura extre-
mum non invenerit aut doctrina primum / sed rerum
principia ab ingenio profecta sunt / et exitus disciplina

comparantur. Imagines igitur nos in eo genere constituere opor=
tebit quod genus in memoria diutissime potest ma=
nere. Hec res accidet si quam maxime notatas simi=
litudines constituemus, si non multas nec vagas, sed
aliquid notum agentes imagines ponemus, si egregiam
pulcritudinem aut unicam turpitudinem eis attribuemus,
Si aliquas res exornabimus, ut si coronis aut ve=
ste purpurea quo nobis sit notior similitudo
aut si qua rem deformabimus, ut si cruentam
aut ceno oblitam aut rubrica delibutam in=
ducamus, quo magis insignita sit forma, aut
si ridiculosas res aliquas ymaginibus attribuamus
nam ea res quoque faciet ut facilius meminisse pos=
simus, nam quas res veras facile meminimus
easdem fictas et diligenter notatas meminisse
non difficile est. Sed illud facere oportebit, ut i=
dentidem primos quosque locos imaginum renovandarum
causa celeriter animo pervagemur. Scio plerosque
grecos qui de memoria scripserunt fecisse ut multo=
rum verborum imagines conscriberent, ut qui eas ediscere vel=
let paratas haberent ne quid in querendo consumeret
operis. Quorum rationem aliquot de causis improbamus
Primum quod in verborum innumerabili multitudine ridi=
culum sit ymagines comparare, quid enim poterit hec
valere cum ex infinita verborum copia modo aliud nos
verbum meminisse oportebit. Deinde cur volumus
ab industria quemquam removere ut ne quid ipse querat
cum nos illi omnia parata quesita tradamus. Pre=
terea similitudine alia alius magis commonetur, nam
ut sepe formam si quam similem cuipiam dixerimus
quare non omnes habemus defensores quod alii videtur
aliud ita fit in imaginibus ut que nobis diligenter
nota sit ea parum videatur insignis aliis, quare
sibi quemque suo comodo convenit imagines comp=
arare. Postremo preceptoris est docere. Ratio quomodo
querere quodque conveniat et unum aliquid aut alterum
non omnia que erunt eius generis exempli causa subi=
cerentur, quo res possit esse dilucidior, ut cum de proemiis
querendis disputamus rationem damus
querendi, non mille proemiorum genera conscribimus

Ita arbitramur de imaginibus fieri convenire. Nunc
ne forte verborum memoriam aut nimis difficilem
aut parum utilem arbitreris ipsarum rerum
memoria contentus sis que et utiliores sint
et plus habeant facilitatis admonendus es quare
verborum memoriam non improbemus. Nam pu-
tamus oportere eos qui velint res faciliores si-
ne labore et molestia facile meminisse in rebus
difficilioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc
verborum memoriam inducimus ut versus tantum
possimus meminisse, sed ut hac exercitatione illa rerum
memoria que pertinet ad utilitatem confirmetur
vel ut ab hac difficili consuetudine sine labore
ad illam facilitatem transire possimus. Sed cum
in omni disciplina infirma sit artis preceptio sine
summa assiduitate exercitationis, tum non in memo-
riis minimum valet doctrina nisi industria
studio, labore, diligentia comprobetur. Quam plurimos
locos ut habeas et quam maxime ad
precepta accommodatos curare debebis. In ima-
ginibus collocandis exerceri cotidie convenit.
Non enim sicut a ceteris studiis abducimur non-
nunquam occupatione ita ab hac re potest nos
causa deducere aliqua. Numquam est enim quin aliquid memorie tra-
dere velimus, et tum maxime cum aliquo maiore negotio
detinemur. Quare cum sit utile facile meminis-
se non te fallat quod tantopere utile sit quanto la-
bore sit appetendum quod poteris existimare uti-
litate cognita. Pluribus verbis ad eam te hortari
non est sententia ne aut tuo studio diffisi aut
minus quam res postulat dixisse videamur. De
quinta parte rethorice deinceps dicemus. Tu
primas quasque partes in animo frequenta tuo,
et quod maxime necesse est exercitatione confirma.

Quoniam in hoc libro
Herenni de elocutio-
ne conscripsimus et
quibuslibet in rebus o-
pus fuit exemplis
nostris usi sumus

et quod fecimus preter grecorum consuetudinem qui de hac re
scripserunt necessario faciendum est ut paucis racio-
nem consilii demus atque hoc nos necessitudinem
facere non studio satis est signi quod in superioribus
libris nichil neque ante rem preter rem locuti su-
mus. Nunc si pauca que res postulat diximus tibi
id quod reliquum est artis ita ut instruimus
persolvemus. Sed facilius nostram racionem intelliges
si quid prius illi dicant persolvemus cognoveris
Compluribus de causis putant oportere cum ipsi
preceperint quo pacto oporteat ornare elocucionem
uniuscuiusque generis ab oratore vel poeta proba-
to sumptum ponere exemplum. Et primum se in
modestia commotos facere dicunt propter quod vi-
deatur esse ostentacio quedam non satis ha-
bere precipere de artificio sed et ipsos velle vel-
le artificiose gignere exempla hoc est inqui-
unt ostentare se non ostendere artem. Quare
pudor in primis est ad eam rem impedimento ne
nos solos probare nec amare videamur et con-
temnere ceteros cum possimus ab Ennio sumere aut a Graccho po-
nere exemplum videtur esse arrogancia illa re-
linquere et ad sua devenire. Preterea exempla
testimoniorum locum obtinent id enim quod admo-
nuerit et leviter fecerit preceptio exemplo sicut testi-
monio comprobatur. Non igitur ridiculus sit si
quis in lite aut in iudicio domestico testimo-
nio pugnet ut in testimonium sic exemplum rei
confirmande causa sumitur. Non igitur oportet
hoc nisi a probatissimo sumi ne quod aliud
confirmare debeat egeat id ipsum confirmacione.
Etenim necesse est aut se omnibus anteponant
et sua maxime probent aut negent optima
esse exempla que a probatissimis oratoribus et poe-
tis sumpta sint si se omnibus anteponant intollerabili
arrogancia sunt si quos sibi preponant et eorum exempla
suis exemplis non putent prestare non possunt dicere quare
sibi illos anteponant. Quid ipsa auctoritas antiquorum non
cum res probabiliores eo tum hominum stu-
dia ad imitandum alacriora reddit. Immo erigit omnium

cupiditates et acuit industriam cum spes iniecta
est posse imitando Gracchi aut Crassi consequi
facultatem. Postremo hoc ipsum summum est arti-
ficium res varias et dispares in tot poematibus
et orationibus sparsas et vage disiectas ita dilige-
ter eligere ut unum quodque genus exemplorum sub sin-
gulos artis locos subicere possis. Hoc si industria
solum fieri posset tamen essemus laudandi cum
talem laborem non fugissemus. Nunc sine summo
artificio non potest fieri. Quis enim est qui cum sum-
me tenet artem possit ea que iubeat ars
de tanta et tam diffusa scriptura notare et sepa-
re. Ceteri cum legant orationes bonas aut poemata
probant oratores et poetas neque intelligunt qua
re commoti probent quod scire non possunt ubi
sit nec quid sit nec quid factum sit id quod
maxime eos delectet. At is qui hec omnia
intelligit et ydonea maxime eligit et omnia
in arte maxime scribenda redigit in singulas
rationes preceptionis necesse est eius rei su-
mus pontifex sit. Hoc igitur ipsum maximum arti-
ficium est in arte sua posse et alienis uti exem-
plis. Hec illi cum dicunt magis nos auctori-
tate commovent quam ratione disputationis.
Illud veremur ne cui satis sit ad contrariam
rationem probandam quod ab ea parte steterint
hi qui inventores huius artificii fuerunt et ve-
tustate iam satis omnibus probati sunt. Quod
si illorum auctoritate remota res omnes volent
cum re comparare intelligent non omnia esse con-
cedenda antiquitati. Primum igitur quod ab eis de
modestia dicitur videamus ne nimium pueriliter
proferatur. Nam si tacere aut nichil scribere
modestia est cur quicquam scribunt aut lo-
cuntur. Sin aliquid suum scribunt cur quo
secius omnia scribant impediuntur modestia
quasi si quis ad olimpiacum venit cursum
et stetit ut mittatur impudentes dicat eos
qui currere ceperint ipse intra carceres stet et
narrat aliis quo Ladas aut Boius cum Sicyoniis

cunctarentur / sic isti qui in artis curriculum descende-
runt illos qui in eo quod est artificii elaborarent
aiunt facere immodeste / ipsi vero aliquem anti-
quum oratorem aut poetam laudant / aut scriptu-
ram. Sicut in studium rethorice prodire non au-
deant. non ausim dicere sed unde vereor ne-
quam in re laudem modestie venentur in ea ipsa
re sint impudentes. Quid enim tibi ut aliquis
inquiat artem tuam scribis, gignis nobis no-
vas preceptiones. eas ipse confirmare non potes
ab aliis exempla / sumis. Vide ne facias impudenter
qui tuo nomini velis ex alienis laboribus libera-
re laudem / Nam si eorum volumina prendunt
antiqui oratores et poete et suum quisque de li-
bris suis tulit nichil istis quod suum velint
relinquetur. At exempla quoniam testimoniorum similia
sunt. ita convenit ut testimonia ab hominibus proba-
tissimis sumi / Primum omnium exempla ponuntur hec
non confirmandi causa neque testificandi / sed demon-
strandi / Non enim cum dicimus esse exornationem
que verbi causa constet ex similiter desinentibus
verbis / et ponimus hoc exemplum a Crasso quod pos-
suimus et debemus testimonium non collocamus
sed exemplum / hoc interest inter testimonium et exemplum /
Exemplo demonstratur et quod dicimus cuiusmodi
sit testimonio esse illud ita ut nos dicimus con-
firmatur / Preterea oportet testimonium cum re conve-
nire / Aliter enim rem non potest confirmare. At id
quod illi faciunt cum re non convenit. Quid ita
quia pollicentur se artem scribere. exempla profe-
runt ab aliis plerumque qui artem nescierunt
Tum quis est qui possit id quod de arte scrip-
serit probare nisi aliquid scribat ex arte. Con-
tra que faciunt quod polliceri videntur. Nam
cum scribere artem instituunt videntur dicere /
se excogitasse quod alios doceant. Cum vero
scribunt ostendunt nobis quod alii excogitarint /
Et hoc ipsum difficile est inquiunt eligere de multis
Quid dicitis difficile utrum laboriosum an arti-
ficiosum. Si artificiosum non statim preclarum

Sunt enim multa laboriosa · que si faciat non con-
tinuo gloriosum / nisi forte esset si nostra manu
fabulas aut orationes totas transcripserit glorio-
sum putaret / Sin autem illud artificiosum egre-
gium dicatis videre ne insueti rerum maio-
rum videamini si nos parvas res sicut ma-
gna delectavit · Nam isto modo se ligere quidem
rudis nemo potest sed sine summo artificio nulli
Quisquis enim audivit de arte paulo plus in
locucione presertim omnia videre poterit que ex ar-
te dicentur facere nemo poterit nisi eruditus
Itaque si de tragedijs velis sentencias eligere aut de
pacuvianis periodis / nam quia plane rudis
id facere nemo poterit tum feceris te beatissimum
putes ineptus sis / propterea quod id facere facile est ce-
teris mediocriter litteratis Item si ab oratoribus
aut poematibus elegeris exempla que certis signis
artificij notata sint / quia rudis id nemo fa-
cere possit artificiosissime te facere putes / erras
propterea quod isto signo videmus te non nichil
scire vel alijs signis multa te scire non
intelligimus / quod si artificiosum est intelligere
que sunt ex arte scripta multo est artificiosius
ipsum scribere ex arte Qui enim scribit artificiose
ab alijs commode scripta facile intelligere non po-
terit Qui eliget facile non continuo ipse commo-
de scribat Et si est maxime artificiosum alio
tempore utantur ea facultate / non tamen cum parere
ipsi et gignere · et proferre debent / Postremo in
eo vim artificij consumant / ut ipsi ab alijs po-
cius eligendi quam aliorum electores existimantur
Contra ea que ab hijs dicuntur · qui dicunt alie-
nis exemplis uti oportere satis est dictum / Nunc
separatim que dici possunt consideremus / Dicimus
ergo eos tamen ideo quod alienis utantur peccare
tum magis etiam delinquere / quod a multis exempla
sumunt / sed de eo quod post ea diximus a tercia vide-
amus · Si concedamus aliena oportere exempla sumere
Illos minus vincere oportet / primum quod contra
nulla staret illorum racio / licet enim eligant et

et probarent quilibet qui sibi in omnibus rebus suppe-
ditaret exempla vel poetam vel oratorem cuius
auctoritate niteretur / Deinde interest magnopere eius
qui discere vult utrum illorum omnia ab uno an omnia
ab nemine an aliud ab alio putet consequi pos-
se Si enim putavit omnia pro uno posse consequi
ipse quoque ad eandem nitetur facultatem / si id de-
sperabit in paucis se exercebit ipsis enim contenta
erit nec mirum cum ipse preceptor artis omnia
penes unum reperire non potuerit / Allatis igitur
exemplis a Cathone a Gracco a Lelio a Scipio-
ne Galba porcina Crasso Anthonio ceteris su-
ptis aliis a poetis et historiarum scriptoribus / neces-
se erit eum qui discet putare ab omnibus omnia
ab uno pauca vix potuisse sumi Quare se
unius alicuius esse similem satis habebit omnia
que omnes habuerint solum habere se posse diffi-
det Ergo inutile est ei qui discere vult pu-
tare a nemine omnia posse haberi / igitur nemo in
hanc incideret opinionem / si ab uno exempla
sumpsissent. Nunc hoc signum est ipsos artis
scriptores non putasse unum potuisse in omnibus
elocutionibus partibus enitere / quoniam neque sua protule-
runt / neque unius alicuius / aut denique aliorum
sed ab omnibus oratoribus et poetis exempla
sumpserunt / Deinde si quis velit artem demo-
strare nichil prodesse ad discendum non male
utatur hoc adiumento quod unus artis omnes
partes consequi nemo potuerit Quod igitur
iuvat rationem eorum qui omnino improbant artem
id ridiculum est ipsum scriptorem artis suo iudicio
probare Ergo ab uno sumenda fuisse docuimus
exempla / si semper aliunde sumentur. Nunc
omnino aliunde sumenda non fuisse sic intelli-
gimus / primum omnium quod ab artis scriptore affer-
tur exemplum de eius artificio debet esse ut
si quis purpuram aut aliud quippiam vendens
dicat sume a me sed huius exemplum aliunde ro-
gabo tibi quod ostendam si merces ipsi qui vendi-
cat aliunde exemplum quaeritant aut in arte ac-

nos se dicant tritici habere / sed eorum exemplum
pugno non habent quod ostendant / si triptolemus cum
omnibus semen largiretur / ipse ab aliis hominibus
id mutuaretur. Aut si prometheus cum mor-
talibus ignem dividere vellet ipse a vicinis cum
testa ambulans carbunculos conrogaret / non-
ne ridiculus videtur. Isti magistri omnium dicendi
preceptores nonne videntur se sibi ridiculo facere
cum id quod aliis pollicentur ab aliis querunt /
Si quis se fontes maximos penitus absconditos
aperuisse dicat / et hic siciens quam maxime
loquatur neque habeat quo sitim sedet / nonne
videbitur. Isti enim cum non modo dominos se fon-
tium sed se ipsos fontes esse dicant / et omnium ro-
gare debeant ingenia / non putant fore ridiculum
si cum id polliceantur arescant ipsi siccitate /
Chares a lisippo statuas facere non isto modo
didicit / ut lisippus caput ostendit et mironium
brachia praxiteles pectus policletus / ven-
trem et crura / sed omnia coram magistrum facien-
tem videbat. ceterorum opera vel sua sponte pote-
rat considerare. Isti credunt eos qui volunt ad-
discere / alia ratione doceri posse commodius / pre-
terea ne possunt quidem ea que sumuntur ab
his exempla tam esse accommodata ad artem / propter
ea quod in dicendo leviter unusquisque locus plu-
rimumque tangitur / ne ars appareat in precipien-
do expresse conscripta ponere oportet exempla uti
in artis formam convenire possint. et post in
dicendo ne possit ars eminere / et ab omnibus
videri facultate oratoris occultatur. Ergo et
ut ars magis cognoscatur suis exemplis / melius est
uti. Postremo hec quoque res nos duxit ad
narrationem / quod nomina rerum greca / que vertimus
ea remota sunt a consuetudine / que enim res
apud nostros non erant earum nomina non poterant
esse usitata. Ergo hec asperiora primo videantur
necesse est id quod fiet rei non nostra difficulta-
te / et reliquum scripture consumemus in exemplis
hec aliena si posuissemus / factum esset ut quod commodi

esset in hoc libro id nostrum non esset quasi prius et in
usitatius id nobis proprie attribueretur / ergo hanc
quoque incommoditatem fugimus / his de causis
cum artis inventionem exemplorum comprobassemus exemplorum
rationem secuti non sumus / nunc tempus postulat
ut ad elocutionis precepta transeamus /

Bipartita igitur erit elocutionis preceptio primum
dicemus / quibus in generibus semper omnis elo-
cutio oratoria debeat esse / deinde ostendemus quas
res semper habere debeat. **Sunt ergo**
tria genera que nos figuras appellamus in
quibus omnis oratio non viciosa consumitur / unam
gravem / alteram mediocrem / terciam extenuatam
vocamus. Gravis est que constat ex verborum gra-
vium magna et ornata constructione / Mediocris
est que constat ex humiliore neque tamen ex infi-
ma et pervulgatissima verborum dignitate / Atte-
nuata est que demissa est usque ad usitatissimam
puri consuetudinem sermonis. **In gravi**
figura consumetur omnino si qua cuiusque rei po-
terunt ornatissima verba reperiri sive propria
sive extranea ad unam quamque accomodabun-
tur / et si graves sententie que in amplificatione
et ~~misera~~ commiseratione tractantur eligentur / et
si exornationes sententiarum aut verborum que gra-
vitatem habebunt / de quibus post dicemus / ad-
hibebuntur in hoc genere figure erit hoc exemplum
Nam quis est vestrum iudices qui satis ydoneam
possit in eum excogitare penam qui prodere
hostibus patriam cogitavit. Quod maleficium
potest cum hoc scelere comparari. quod huic
maleficio dignum supplicium potest inveniri. In
his qui violassent ingenuam matremfamili-
as constuprassent / aut postremo necassent ma-
xima supplicia maiores nostri consumpserunt / huic
atrocissimo aut nefario sceleri. singu-
larem penam non dereliquerunt atque in aliis
maleficiis ad singulos aut ad paucos ex alie-
no peccato iniuria pervenit / huius sceleris qui
sunt affines uno consilio universis civibus

atrocissimas calamitates machinantur / O fero-
ces animos / o crudeles delectationes / o derelictos
homines ab humanitate quid agere ausi sunt aut
cogitare possunt. Quo pacto hostes revulsis
maiorum sepulcris deiectis menibus ovantes ir-
ruerint in civitatem, quid deum templis spolia-
tis. optimatibus / trucidatis alijs abreptis in
servitutem matribusfamilias / et filijs et inge-
nuis sub hostilem libidinem subiectis urbs
acerbissimo concidat incendio conflagrata /
Qui se non putat id quod voluit ad exitum perdu-
xisse. nisi sceleratissime pretium miserandum scelerati
viderint tamen in eque urbis iudices consequi
indignitatem rei / sed negligentius id fero quia vos
mei non egetis. Ipse enim animus vestre rei plurima-
tissimus facile edocet / ut eum qui fortunas omnium
voluit perdere precipitem perturberis ex ea civitate
quam iste hostium spurcissimorum ducatu nefario
voluit obruere. In mediocri figura versabitur oratio
si hec aut ante diximus aliquantulum demi-
simus neque ad infimum descenderimus sic. Quibus
cum bellum gerimus iudices videtis cum socijs
qui pro nobis pugnare / et imperium nostrum nobiscum
simul virtute et industria conservare soliti sunt
Qui cum se et opes suas et copiam necessa-
riorum / tum vero in tollendo propter propinquitatem
et omnium rerum societatem quid in omnibus rebus populus romanus
posset scire et existimare poterat / hij cum deli-
berassent nobiscum bellum gerere / queso que res
erat / qua freti bellum suscipere conarentur / cum
multo maximam partem sociorum in officio ma-
nere intelligerent / cum sibi non multitudinem
militum non ydoneos imperatores non pecuniam
publicam presto esse viderent. Non denique ullam
rem que ad bellum pertineret. ad ministrandum. Si
cum finitimis de finibus bellum gererent. Et
si totum certamen in uno prelio positum putarent
tamen in omnibus rebus instructiores et pa-
ratiores venirent / ne dum illud imperium orbis
terre / cui imperio omnes gentes reges nationes

partim vi partim voluntate consenserunt · cum
aut armis aut liberalitate · a · p · r · superati es-
sent ad sese transferre tantulis viribus conare-
tur · Deinde quid fregellanos nonne sua spon-
te conati sunt eo quod isti minus facile conarentur
quo illi quemadmodum discessissent videbant · nam rerum
imperiti qui uniuscuiusque rei de rebus ante gestis
exempla petere non possent hii maxime per imprudenti-
am facile deducuntur in fraudem · at qui sciunt
quid aliis acciderit facile ex aliorum eventis suis
rationibus possunt providere nulla re inducti nulla spe fre-
ti arma sustulerunt · Quis ergo credet tantam
amentiam quemquam tenuisse ut imperium · p · r · temp-
tare auderet nullis copiis fretus · Ergo aliquid
fuisse necesse est et quid aliud quam id quod dico potest esse

In attenuato figure genere id quod ad infimum et
quottidianum sermonem demissum est hoc erit exe-
mplum · Nam ut forte hic in balneas venit cepit
postquam perfusus est defricari · Deinde ubi visus est
in alveum descendere · ecce tibi iste de transverso
heus inquit adolescens pueri tui modo me pul-
sarunt satisfacias oportet · hic qui id etatis
ab ignoto preter consuetudinem appellatus esset e-
rubuit · Iste clarius eadem et alia dicere · hic
vix tum inquit sine me considerare · tum vero iste
voce clamare ista que perfacile cuivis ruborem
eicere posset · ita petulans est atque acer ne ut ad
solarium quidem salutandum ydoneus ut mihi
videtur · sed penes scenam et in eiusmodi locis
exercitatus sit · Conturbatus est adolescens nec
mirum cui etiam nunc pedagogi lites ad auricu-
las versarentur imperito eiusmodi conviciorum ubi
istum vidisset scurram exhausto rubore qui
se putaret nichil habere quod existimationis perde-
ret · ut omnia sine fame detrimento facere
posset · Igitur genera figurarum ex ipsis exemplis
intelligi poterunt · Erit enim attenuata verborum
constructio · et rerum alia in gravitate alia posita
in mediocritate · Est autem cavendum ne dum hec
genera consectemur finitima et propinqua vitia

39

conveniamus. Nam gravi figure que laudanda
est propinqua est ea que fugienda, que recte videbitur
appellari si sufflata nominabitur. Nam ita ut cor-
poris bonam habitudinem tumor imitatur sepe ita gra-
vis oratio sepe imperitis videtur ea que turget et in-
flata est cum aut novis aut priscis verbis aut
duriter aliunde translatis aut gravioribus quam res po-
stulat aliquid dicitur hoc modo. Nam qui perduel-
lionibus venditat patriam non satis supplicii
dedit si preceps in neptunias depulsus erit
lacunas. Peniteat igitur istum qui montes belli
fabricatus campos sustulit pacis. In hoc genus
plerique cum declinassent et ab eo quo profecti
sunt aberraverunt et specie gravitatis falluntur
nec perspicere possunt orationis tumorem. Qui in
mediocre genus orationis profecti sunt si pervenire
eo non potuerunt errantes perveniunt ad confine
genus eius generis quod appellamus dissolutum
quod est sine nervis et articulis ut hoc modo ap-
pellemus fluctuans eo quod fluctuat huc et
illuc nec potest confirmare nec viriliter sese
expedire. Id est eiusmodi. Socii nostri cum belli ge-
rere nobiscum vellent profecto ratiocinati essent
etiam atque etiam quid possent facere si quidem
sua sponte facerent et non haberent hic audito-
res multos malos homines et audaces. Solent
enim diu cogitare omnes qui magna negotia vo-
lunt agere. Non potest huiusmodi sermo tenere atten-
tum auditorem. Defluit enim totus neque quic-
quam comprehendens perfectis verbis amplectitur. Qui
non possunt in illa facetissima verborum atte-
nuatione commode versari veniunt ad aridum et ex-
sangue genus orationis quod non alienum est exile
nominari cuiusmodi hoc est. Nam iste ut in bal-
neas accessit ad hunc postea dixit hic tuus
servus me pulsavit. Post ea dixit hic illi
considerabo. Post ille convicium fecit et magis
magisque presentibus multis clamavit. Frivolus
hic quidem et inliberalis est sermo. Non enim
est adeptus id quod habet attenuata figura

propriis et electis verbis compositam orationem. Omne
genus orationis et grave et mediocre et attenua-
tum dignitate afficiunt exornationes de quibus
post loquemur que si raro disponuntur distinctam
sicuti coloribus si crebre collocabuntur et oblitam
reddunt orationem. sed figuram in dicendo commutari op-
ortet ut gravem mediocris mediocrem excipiat atte-
nuata deinde identidem commutentur ut facile sa-
cietas varietate vitetur. Quoniam quibus in generibus
elocutio versari debeat dictum est videamus nunc quas
res habere debeat elocutio comoda et perfecta que
maxime ad comodum oratoris accomodata est.
Tres res in se debet habere. Elegantiam. Compositionem.
Dignitatem. Elegantia est que facit ut unum quodque
pure et aperte dici videatur. Hec distribuitur in la-
tinitatem et explanationem. Latinitas est que ser-
monem purum conservat ab omni vicio remotum. Vitia
in sermone quo minus is latinus sit duo possunt esse so-
loecismus et barbarismus. Soloecismus est cum in
verbis pluribus consequens verbum superius non acco-
modatur. Barbarismus est cum verbis aliquid vi-
ciose effertur. Hec qua ratione vitare possimus in
arte gramatica dilucide addiscemus. Explanatio
est que reddit apertam et dilucidam orationem. Ea com-
paratur duabus rebus usitatis verbis et propriis. Usi-
tata sunt ea que versantur in sermone et consuetu-
dine quottidiana. propria que eius rei verba
sunt aut esse possunt de qua loquimur. Compo-
sicio est verborum constructio que facit omnes partes orationis
equabiliter perpollitas. Ea conservabitur si fugie-
mus crebras vocalium concursiones que vastam
atque hiatem orationem reddunt. ut hoc est bacce ae-
nee amenissime impendebant. Et si vitabimus eius-
dem littere nimiam assiduitatem cui vicio versus hic
erit exemplo. nam hic nichil prohibet in viciis a-
lienis exemplis uti. O tite tute tati tibi tanta
tiranne tulisti. et hoc eiusdem poete. quicquam quisquam
qui que quis conveniat neget. Et si eius cuius
verbi ratio non extet ei verbi ratio non est fidem
habere et si non utemur continenter similiter cadentibus

vobis hoc modo flentes plorantes / clamantes ob-
testantes et si verborum transiectionem vitabimus nisi
que erit concinna qua de re posterius loquemur
quo in vicio est Celius assiduus / ut hoc est in
priore libro has res ad te scriptas Luci misimus
Eli / Item fugere oportet longam verborum continuationem
que et auditoris aures et oratoris spiritum ledit / his
viciis in compositione vitatis reliquum operis
consumendum est in dignitate.

Dignitas est que red-
didit ornatam ora-
cionem et varietate
distinguit / hec in verborum et sententiarum
exornationem dividitur / Verborum ex-
ornatio est que ipsius sermonis insignita conti-
netur perpolicione / Sententiarum exornatio est que
non in verbis sed in ipsis rebus quandam habet
dignitatem. Repeticio est cum continenter
ab uno atque eodem verbo in rebus similibus et di-
versis principia sumuntur / hoc modo / vobis istud
attribuendum est / vobis gratia habenda est / vobis
res ista erit honori / Item Scipio sustulit Numan-
tiam / Scipio Cartaginem delevit / Scipio pacem pe-
perit / Scipio civitatem servavit / Item tu in forum
prodire / tu lucem conspicere / tu in horum conspe-
ctum venire conaris / audes verbum facere audes
quicquam ab istis petere supplicium deprecari / quid
est quod possis defendere quid est quod audeas postulare
quid est quod tibi putes concedi oportere / num ius-
iurandum contempsisti / num amicos prodidi-
sti / num parenti manus intulisti / num denique in
omni dedecore volutatus es / hec exornatio cum
multum venustatis habet tum gravitatis et acri-
monie plurimum quare videtur esse adhibenda
et ad ornandam et ad exaggerandam oracionem.
Conversio / est per quam non ut ante pri-
mum repetimus verbum / sed ad postremum continenter
revertimur hoc modo Penos / p. r. iusticia vi-
cit / armis vicit / liberalitate vicit / Item ex quo
tempore concordia de civitate sublata est / libertas

sublata est fides p. r. sublata est. Item gaius le-
lius homo novus erat ingeniosus erat doctus erat bo-
nis viris et studiosis amicus erat ergo hic in civita-
te primus erat. Item nam cum istos ut te absolvant
rogas ut periurent rogas ut existimacionem negligant ro-
gas ut leges p. r. tue libidini largiantur rogas.

Complexio est que utramque complectitur ex-
ornacionem et hanc et quam ante exposuimus ut et
idem verbum repetatur sepius et crebro ad idem po-
stremo revertatur hoc modo. Qui sunt qui federa
sepe ruperunt cartaginenses. Qui sunt qui in
italia crudele bellum gesserunt cartaginenses. Qui
sunt qui italiam deformaverunt cartaginenses. Qui
sunt qui postulant sibi ignosci cartaginenses. Vi-
dete ergo quam conveniat eos impetrare. Item quem
senatus dampnaverit quem p. r. dampnavit quem exi-
stimacio omnium dampnavit eum vos sentenciis vestris
absolvetis.

Traductio est que facit ut
cum idem verbum crebrius ponatur non modo non
offendat animum sed etiam concinniorem reddat
oracionem. hoc pacto. Qui nichil habet in vita iocun-
dius vita is cum virtute vitam non potest colere.
Item eum hominem appellas qui si fuisset homo
numquam tam crudeliter hominis vitam petisset. At erat
inimicus ergo inimicum sic ulcisci voluit ut ipse
sibi reperiretur inimicus. Item divicias sine divi-
tiis esse tu vero virtutem prefer diviciis. Nam si voles
divicias cum virtute comparare vix satis ydonee
videbuntur tibi divicie que virtutis pedisseque
sunt. Ex eodem genere est exornacionis cum idem
verbum ponitur modo in hac modo in altera re hoc mo-
do. Cur eam rem tam studiose curas que tibi
multas dabit curas. Item amari iocundum sit si
curetur ne quid insit amari. Item veniam ad vos si
mihi senatus det veniam. In hiis quatuor generibus
exornacionum que adhuc proposite sunt non in-
opia verborum fit ut ad idem verbum redeatur
sepius sed inest festivitas que facilius au-
ribus diiudicari quam verbis demonstrari potest.

Contentio est cum ex contrariis rebus oracio

conficit. Hoc modo: habet assentatio iocunda prin-
cipia, eadem amarissimos exitus affert. Item ini-
micis te placabilem, amicis exorabilem prebes.
Item in ocio tumultuaris, in tumultu es ociosus,
in re frigidissima cales, in ferventissima friges,
tacito cum opus est clamas, cum tibi loqui con-
venit obmutescis, ades abesse vis, abes reverti
cupis, in pace bellum queritas, in bello pacem desi-
deras, in contione de virtute loqueris, in prelio pre
ignavia tube sonitum perferre non potes. Hoc
genere si distinguemus oracionem et graves et ornati
poterimus esse. Exclamatio est que
conficit significacionem doloris aut indignationis
per alicuius hominis aut urbis aut loci aut rei
cuiuspiam compellacionem. Hoc modo: Te nunc affri-
cane alloquor, cuius mortui quoque nomen sple-
dori ac decori est civitati. Tui clarissimi ne-
potes suo sanguine aluerunt inimicorum crudelita-
tem. Item: O perfidiose Fregelle, quam facile ~~[illegible]~~
scelere vestro contabuistis, ut cuius nitor urbis
Italiam nuper illustravit, eius nunc vix funda-
mentorum reliquie maneant. Item: Bonorum insidia-
tores, latrocinio vestro vitam innocentissimi cuiusque
petistis, tantamne ex iniquitate iudiciorum vestris ca-
lumniis assumpsistis facultatem. Hac exclamacione
si loco utemur et raro et cum rei magnitudo po-
stulare videbitur, ad quam volumus indigna-
cionem animum auditoris adducemus.

Interrogacio non omnis gravis est neque con-
cinna, sed que cum enumerata sunt ea que obsunt cause
adversariorum confirmat superiorem oracionem. Hoc modo:
Cum igitur hec omnia faceres, diceres, administrares,
utrum animos sociorum a re publica removebas et
alienabas an non, vel utrum aliquem exornari
oportuit qui ista prohiberet ac fieri non sineret an non.

Raciocinacio est per quam ipsi a nobis ra-
cionem poscimus quare quid dicamus, et crebro nos-
met a nobis petemus uniuscuiusque proposicionis
explanacionem. Ea est huiusmodi: Maiores nostri si
quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio

multorum maleficiorum convictam putabant. Quo pacto?
quam impudicam iudicabant, eam quoque vene-
ficii damnatam existimabant. Quid ita? quia neces-
se est eam que suum corpus addixit turpissime cu-
piditati timere multos. Quos istos? virum parren-
tes ceteros que ad quos videt sui dedecoris infamiam
pertinere. Quid postea? tantopere timeat eos ne-
cesse est ut quo quomodo possit veneficio petat. Cur?
quia nulla potest honesta ratio retinere eam quam
magnitudo peccati faciat timidam, intemperancia audacem,
naturam mulieris inconsideratam. Quam veneficii dam-
nabat impudicam quoque necessario iudicabat. Quare? quia
nulla facilius ad id maleficium causa quam turpis
amor et intemperans libido commovere potuit cu-
ius animus mulieris esset corruptus corpus
eius castum esse non putaverunt. Quid in viris
idem ne observabant? minime. Quid ita? quia vi-
ros ad unumquodque maleficium singule cupidita-
tes impellunt, mulieres ad omnia vicia cupidi-
tas una deducit. Item bene maiores nostri hoc com-
paraverunt ut neminem regem quem armis cepissent
vita privarent. Quid ita? quia quam nobis fortuna
facultatem dedisset iniquum erat in eorum supplicio con-
sumere quos eadem fortuna paulo ante in amplis-
simo statu collocaret. Quid quod exercitum contra
duxit? desino meminisse. Quid ita? quia viri for-
tis est qui de victoria contendant eos hostes putare qui
devicti sunt eos homines iudicare ut possit bellum
fortitudo minuere, pacem humanitas augere. Et ille
si vicisset num idem fecisset? non profecto tam sa-
piens fuisset. Cur igitur parcis? quia talem stulticiam con-
temnere non imitari consuevi. Hec exornacio ad ser-
monem vehementer accomodata est, et animum auditoris
reddit attentum cum venustate sermonis cum racionum
expectatione. **Sentencia est oratio**
sumpta de vita que aut quid sit aut quid esse
oporteat in vita breviter ostendit, hoc pacto: Difficile
le est primum virtutes revereri qui semper secunda fortuna
sit usus. Item liber is est existimandus qui nulli
turpitudini servit. Item egens eque est is qui

non satis habet et is cui satis nichil potest esse. Item
Optima vivendi ratio est eligenda, eam iocundam
consuetudo reddet. Huiusmodi sententie simplices non
sunt improbande, propterea quod habet brevis expo-
sitio, si rationis nullius indiget, magnam delectacionem.
Sed illud quoque probandum est genus sententie quod
confirmatur subiectione rationis, hoc pacto. Omnes
bene vivendi rationes in virtute sunt collocande, propterea
quod sola virtus in potestate est, omnia preterea subiecta sunt
fortune sub dominatione. Item qui fortunis alicuius
inducti amiciciam eius secuti sunt, hii simul ac for-
tuna dilapsa est, devolant omnes. Cum enim re-
cessit ea res que fuit consuetudinis causa, nichil
superest quare possint in amicicia teneri. Sunt
item sententie que dupliciter efferuntur hoc modo. Sine
ratione. Errant qui in prosperis rebus omnes impetus for-
tune se putant fugisse. Sapienter cogitant qui
temporibus secundis casus adversos reformidant. Cum
ratione hoc pacto. Qui adolescentum peccatis putant
ignosci oportere, falluntur propterea quod etas illa
non est impedimento bonis studiis. At hii sapienter
faciunt qui adolescentes maxime castigant, ut
quibus virtutibus omnem vitam tueri possint eas
in etate maturissima velint comparare. Senten-
cias interponi raro convenit ut rei actores,
non vivendi preceptores videamur esse. Cum ita
interponentur multum afferent ornamenti. Neces-
se est enim ut comprobet eam tacitus auditor cum
ad causam videat accommodari rem certam ex
vita et ex moribus sumptam. Contrari-
um idem fere est quod contencio. Contra-
rium est quod ex rebus diversis duabus alter-
am breviter et facile confirmat hoc pacto.
Nam qui suis rationibus inimicus fuerit semper,
eum alienis rebus quomodo amicum fore
speres. Item nam quem in amicicia perfidiosum
cognoveris, eum quare putes inimicicias habere
posse. Aut qui privatus intollerabili superbia
fuerit, eum quomodo cognoscentem se videre potes in
potestate. Et qui in sermonibus et conventu amicorum

numquam verum dixit / cum in contionibus tradis a
mendacio temperatorem / Item quos ex collibus
deiecimus cum his metuimus in campo dimicare /
Cum enim plures erant nobis paucis exequari non
poterant / hii postquam pauciores sunt metuimus
ne sint superiores / hoc ordinis genus breviter et
continuatis verbis perfectum debet esse / et tum commo-
dum est audita propter brevem et absolutam
conclusionem / tum vehementer id quod opus est
oratori comprobat contraria re et ex eo quod du-
bium non est expedit illud quod est dubium ut
aut dilui non possit aut multo difficillime
possit. **Membrum** ordinis appellatur /
res breviter absoluta sine totius sententie de-
monstratione que denuo alio membro ordinis
explicatur / hoc modo / et inimico proderas id /
est unum quod appellatur membrum deinde hoc ex-
cipiatur ab altero oportet / et amicum ledebas Ex duobus
membris hec exornatio potest constare / sed commodatissima
et absolutissima est / que ex tribus constat / hoc pacto / et inimico
proderas / et amicum ledebas / et tibi non consulebas Item
nec reipublice consuluisti nec amicis profuisti / nec inimicis re-
stitisti. **Articulus** dicitur cum singula verba intervallis
distinguntur cesa oratione hoc modo acrimonia voce
vultu / adversarios perterruisti Item inimicos invidia in-
iuriis / potentia perfidia sustulisti / Inter huius generis
et illius superiorem vehementiam hoc interest quod illud
tardius et rarius venit hoc crebrius et celerius per-
venit / Itaque in illo genere / et remotionem brachii et
contentionem dextre / gladius adferri ad corpus. In
hoc crebro et celeri corpus vulnere consauciari videtur
Continuatio est densa et continens frequentatio
verborum cum absolutione sententiarum Ea utemur commodis-
sime tripertito / in sententia / in contrario / in conclusione / In
sententia hoc pacto / ei non multum potest obesse fortuna / qui
sibi in virtute / quam in casu presidium collocavit In con-
trario hoc modo / Nam si quis spei non multum collocavit
in casu / quid est quod ei magnopere casus obesse possit
In conclusione hoc pacto / quod si in eos plurimum fortuna
possit qui suas rationes omnes in casum contulerunt / non

sine ordine committere de lite, ne magna in nos habeat indignationem. In his tribus generibus ad continuationem vim adesse firmitudinis necessaria est, ut infirma facultas oratoris videatur, nisi sententiam et verba et continuationem firmiter efferat verbis. Sed alias quoque non minus non alienum est, et si necesse non est eloqui res aliquas per huiusmodi continuationes.

Compar appellatur quod habet in se membra orationis, de quibus ante diximus, que constant ex pari fere numero sillabarum. Hoc non dinumeratione nostra fiet, nam id quidem puerile est, sed tantum adfert usus et exercitatio facultatis, ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus hoc modo: In prelio patri mortem oppetebat, domi filius nuptias comparabat; hec omnia graves casus administrabant. Item: Alii fortuna dedit felicitatem, huic industria virtutem comparavit. In hoc genere sepe fieri potest ut non plane par numerus sit sillabarum, et tamen esse videatur, si una aut altera sillaba est alterum brevius, aut si, cum in altero plures sunt, in altero longior aut longiores, plenior aut pleniores sillabe erunt, ut longitudo aut plenitudo harum multitudinem alterius assequatur et exequet.

Similiter cadens exornatio appellatur cum in eadem constructione verborum duo aut plura sunt verba que similiter isdem casibus efferuntur, hoc modo: Hominem laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item: Cuius omnis spes in pecunia sita est, a sapientia animus remotus est; diligentia comparat divitias, negligentia corrumpit animum; et tamen qui ita vivit neminem pre se ducit hominem.

Similiter desinens est cum tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, hoc modo: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere; vivis invidiose, loqueris odiose. Item: Audaciter territas, humiliter placas. Hec duo genera, quorum alterum in exitu, alterum in casibus similitudine versatur, inter se vehementer conveniunt. Et ea re qui his bene utuntur plerumque simul collocant in eisdem partibus orationis. Id hoc modo facere oportet: Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, negligere famam. Hic et ea verba que casus habent ad casus similes, et illa que non habent ad similes exitus veniunt.

Adnominatio est cum ad idem verbum et nomen acceditur commutatione unius

Quale id est quod per numerum de consularibus conveniendi, a sententia quidam a numero ad [illegible] [illegible] re [illegible]

vel addicione unius litere aut literarum aut ad res dissi-
miles similia verba accomodantur. Ea multis rationibus
conficitur. Attenuatione aut complexione eiusdem
littere sic. Hic qui se magnifice iactat atque osten-
tat venit ad te antequam romam venit. Et ex contrario
hic quos homines alea vincit eos ferro statim vin-
cit. Productione eiusdem litere hoc modo. Hunc a-
vium dulcedo ducit ad avium. Brevitate eiusdem
litere sic. Hic tamen et si videtur esse honoris cupida
tamen non tantum curiam diligit quantum curiam. Ad-
dendis literis sic. Hic sibi posset temperare
nisi amori mallet obtemperare. Demendis literis
sic. Si lenones vitasset tamquam leones vite se
tradidisset. Transferendis literis sic. Videte iudi-
ces utrum homini navo an vano credere malitis.
Commutandis hoc modo. Deligere oportet quem velis di-
ligere. Hee sunt adnominaciones que in literarum brevi
commutacione aut productione aut transiectione aut
aliquo huiusmodi genere versantur. Sunt autem alie
que non habent tam propinquam verbi similitudinem et
tamen dissimiles non sunt quibus de generibus unum est
huiusmodi. Quid veniam qui sim quem in simile
cui prosim quem postulem brevi cognoscetis. Nam
hic est in quibusdam verbis similitudo que-
dam non tam affectanda quam ille superiores
sed tamen adhibenda est non nunquam. Alterum
genus huiusmodi. Demus operam o quirites ne
omnino patres conscripti circumscripti putentur.
Hec adnominatio magis accedit ad similitudinem
quam superior sed minus quam ille superiores prop-
terea quod non solum addite sed uno tempore quoque
dempte litere. Tertium genus est quod versatur
in casuum commutacione aut unius aut plu-
rium nominum. Unius nominis hoc modo. Alexander
macedo summo labore animum ad virtutem a pueri-
cia confirmavit. Alexandri virtutes per orbem
terre cum laude et gloria volgate sunt. Alex-
andrum omnes maxime metuerant. Item pluri-
mum dilexerunt. Alexandro si vita data longior
esset trans oceanum manus macedonum transisset

lassent. Varie sunt eiusmodi nomina in commutatione ca-
sum volitationes / pluribus namque casibus commutatis est
ita facta adnominatio. Tiberium graccum rem publicam
administrantem prohibuit indigna mors diutius in eo com-
morari. Gaio graccho similis occisio oblata que virum rei publice
amantissimum virum subito de natum de sinu
civitatis eripuit. Saturninum fide captum malorum per-
fidia per scelus vita privavit. Tuus o druse sanguis dome-
sticos parietes et vultum parentis aspersit. Sulpicio cui pau-
lo ante omnia concedebant / eum brevi spatio non modo vi-
vere sed etiam sepelire prohibuerunt. / Hec tamen proxima
genera exornationum quorum unum in similiter cadentibus
alterum in similiter desinentibus verbis tamen in annominatio-
nibus positum est perraro sumenda sunt dici posse sine
laboratione et opere assumitur. Huiusmodi autem studia
ad delectationem quam ad veritatem videntur accommodatio-
ra / Quare et fides et gravitas et severitas ora-
tionis minuitur hiis exornationibus frequenter collocatis
et non modo tollitur auctoritas dicendi / sed
ostenditur quoque in eiusmodi oratione auditor prop-
terea quod est in hiis lepos et festivitas non dignitas
neque pulcritudo. Quare que sunt ampla atque
pulcra diu placere possunt / que lepida et concinna
cito societate afficiunt aurium sensum fastidio-
sissimum. Quo modo igitur si crebro hiis generibus
utemur puerili videbimur elocucione delectari
ita si raro has interseremus exornaciones
et in tota causa varie dispergemus commode lu-
minibus distinctis illustrabimus oracionem

Subiectio est cum interrogamus ad-
versarios aut querimus ipsi a nobis quid ab il-
lis aut quid contra nos dici possit / deinde
subicimus id quod oportet dici aut non opor-
tet aut nobis adiumento futurum sit aut
illis obfuturum e contrario / hoc modo. Que-
ro igitur unde iste tam pecuniosus factus
sit. Amplum patrimonium relictum est /
At patris bona venierunt. Hereditas aliqua
obvenit / non potest dici sed etiam a necces-
sariis omnibus exheredatus est / Premium

aliquis exilite aut ex iudicio cepit / non modo id non
fecit sed etiam insuper grandi sponsione victus
est. Ergo si his rebus locupletatus non est
sicut omnes videtis. Aut isti domi nascitur au-
rum aut unde licitum non est pecunias acce-
pit. Item saepe iudices animadverti multos ex
alia honesta re quam ne minima quidem crimi-
nari possit. sibi presidium petere quorum ni-
chil adversarius potest facere. Nam vero
ad patris eius virtutem confugiet. At eum
vos iurati capite damnastis. An ad suam re-
vertetur antiquam vitam alicubi honeste
tractatam. Nam hic quidem ante oculos ve-
stros quomodo vixerit scitis omnes. An cogn-
atos enumerabit quibus vos conveniat commo-
veri. At hii quidem nulli sunt. Amicos pro-
feret. At nemo est / qui sibi non turpe putet
istius amicum nominari. Item credo inimicum
quem nocentem putabas in iudicium adduxisti /
Non nam indemnatum necasti. Leges que id
facere prohibent veritus es. At ne scrip-
tas quidem iudicasti et putasti. Cum ipse
te veteris amicitie commonefaceret. commotus
es. At implorantem. sed etiam studiosius occidisti
Quid cum tibi pueri ad pedes volutarentur.
misericordia motus es. At eorum patrem cru-
delissime sepultura quoque prohibuisti. Multum
inest acrimonie et gravitatis in hac exorna-
tione propterea quod cum questum est quid opor-
teat subiciatur id factum non esse. Quare
facillime fit ut exaugeatur indignitas nego-
cii. Ex eodem genere ut ad nostram quoque per-
sonam referamus subiectionem sic fit. Nam quid
me facere convenit cum a tanta multitudi-
ne Gallorum circumsederer / an dimicare. at
tum parva manu cum prodiremus locum
quoque munitissimum haberemus. nec erat qui
vitam producerem. Castra relinquerem / at
obsidebamur vitam militum negligerem. at
eos videbar ea accepisse condicione / ut quo

ad possem incolumes patrie et parentibus con-
servatem / hostium condicionem repudiarem /
at salus antiquior est militum quam impedime-
ntorum Huiusmodi conseruntur identidem sub-
iectiones / ut ex omnibus ostendi videatur ni-
chil potius quam quod factum est faciendum fu-
isse. Gradatio est in qua non
ante ad consequens verbum descenditur quam ad
superius conscensum est / hoc modo Nam que re-
liqua spes manet libertatis si illis et quod libet
liceat et quod liceat possunt / et quod possunt au-
dent / et quod audent faciunt / et quod faciunt
nobis molestum non est Item non sensi
hoc et non suasi . neque suasi et non ipse face-
re cepi . neque facere cepi / et non perfeci neque
perfeci et non probavi Item Affricano industria
virtutem / virtus gloriam . gloria emulos com-
paravit Item imperium grecie fuit apud athe-
nienses atheniensium potiti sunt sparciate spar-
ciatas superavere thebani thebanos macedo-
ni vicerunt / qui ad imperium grecie brevi te-
pore adiunxerunt asiam bello subactam /
habet in se quendam leporem superioris cu-
iusque crebra repeticio verbi que propria est
huius exornationis. Diffinicio est
que rei alicuius proprias amplectitur pote-
states breviter et absolute / hoc modo Maie-
stas reipublice est in qua continetur digni-
tas et amplitudo civitatis Item iniurie sunt
que aut pulsacione corpus . aut convicio au-
res . aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam
violant Item non est ista diligencia sed ava-
ricia Ideo quia diligencia est accurata conser-
vatio suorum . Avaricia iniuriosa appeticio a-
lienorum Item non est ista fortitudo sed te-
meritas / propterea quod fortitudo est contemptio
laboris et periculi cum racione utilitatis et
compensacione comodorum . Temeritas est
cum inconsiderata dolorum perpessione la-
borum gladiatoria periculorum susceptio / Hec

Ideo comoda putatur exornatio quia omnem rei in-
inspiciam vim et potestatem / ita dilucide promit
et explicat breviter ut neque prolabi verbis di-
ci oportuisse / neque lucidius potuisse dici putet

Transicio vocatur que cum ostendit bre-
viter quod dictum sit promit / item breviter quid
consequetur. hoc modo. Modo in patria cuius-
modi fuerit habetis nunc in parentes qualis
fuerit / considerate. Item. mea in istum bene-
ficia cognoscitis. Nunc quo modo iste michi
graciam retulit accipite / proficit hec aliquan-
tum exornatio ad duas res / nam et quid dixe-
rit commonet / et ad reliquum comparat auditorem

Correctio est que tollit id quod dictum
est. et pro eo id quod magis ydoneum videtur / re-
ponit / hoc pacto. Quod si iste suos hospites ro-
gasset / immo admonuisset adeo / modo facile
hoc perfici posset. Item nam postquam isti vi-
cerunt atque adeo victi sunt / eam quo modo vi-
ctoriam appellem / que victoribus plus cala-
mitatis quam boni dederit. O virtutis comes
invidia que bonos sequeris plerumque atque
adeo insectaris. Commovetur hoc genere ani-
mus auditoris / res enim communi verbo elata
tantummodo dicta videtur / at ea post ipsius
oratoris correctionem magis fit ydonea pronun-
ciatione. Nonne igitur satius esset. dicet ali-
quis ab initio presertim cum scribas ad opti-
mum et delectissimum verbum devenire. Est cum
non est satius / si commutatio verbi. id erit
demonstratura eiusmodi rem esse. Ut cum eam
communi verbo appellaveris levius dixisse vide-
aris cum ad electius verbum accedas insigniorem
facias rem. Quod si continuo / venisses ad id verbum
nec rei. nec verbi gratia animadversa esset

Occupatio est cum dicimus nos preter-
ire aut non scire / aut nolle dicere / id quod
tunc maxime dicimus. Hoc modo. Nam de
puericia quidem tua quam tu omni intemperan-
tie addixisti / dicerem si hoc tempus ydoneum putarem

Animi consulto relinquo / et id preterea quod te
tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt
Deinde quod iniuriam satis fecisti . L . la-
beoni nichil ad hanc rem pertinere puto . horum
nichil dico / revertor ad illud / de quo iudicium
est . Item non dico / te ab sociis pecunias
non sum in eo occupatus quod civitates / regna /
domos / omnium depeculiatus es furta rapinas
omnes tuas ommitto . Hec utilis est exornatio
/ si aut rem quam non pertineat aliis ostendere
occulte admonuisse prodest / aut si longum
est / aut ignobile aut planum / planum non
potest fieri / aut facile potest reprehendi / ut utili-
us sit / occulte fecisse suspicionem quam eiusmodi
intendisse orationem que redarguatur /

Disiunctio est cum eorum de quibus
dicimus aut utrumque / aut unum quodque certo
concluditur verbo sic / populus romanus nu-
manciam delevit / cartaginem sustulit / co-
rinthum disiecit / fregellas evertit / nichil
numantinis vires / corporis auxiliate sunt /
nichil carthaginiensibus scientia rei mili-
taris / adiumento fuit . Nichil corinthiis e-
rudita / calliditas presidii tulit . Nichil
fregellanis morum et sermonis societas opi-
tulata est Item forme dignitas / aut morbo
deflorescit / aut vetustate extinguitur / hic
utrumque in superiori exemplo unam quamque rem
certo verbo concludi vidimus **Coniunctio**
est cum interpositione verbi et superiores orationis
partes comprehenduntur / et inferiores . hoc modo forme
dignitas aut / morbo deflorescit / aut vetustate

Adiunctio est cum verbum quod res com-
prehenditur non interponimus / sed aut primum aut
postremum collocamus / hoc modo / primum / hoc pacto
deflorescit / forme dignitas aut morbo / aut ve-
tustate postremum sic / aut morbo aut vetustate dig-
nitas forme deflorescit / Ad festivitatem disiunctio
est apposita quare raritus utemur ea ne sacietatem pa-
riat Brevitatem parit coniunctio quare sepius

Adhibenda est / hee tres exornationes de simplici
genere manant / conduplicatio. **Conduplicatio**
est cum ratione amplificationis aut com-
miserationis eiusdem unius aut plurimorum ver-
borum iteratio hoc modo Tumultus gay gra-
chi tumultus domesticos / et intestinos com-
parat Item commotus non es cum tibi mater
pedes amplexaretur non es commotus Item nunc
etiam audes venire in horum conspectum prodi-
tor patrie / proditor inquam patrie venire au-
des in horum conspectum / Vehementer auditorem
commovet eiusdem reintegratio verbi et vul-
nus maius efficit in contrario cause / qua-
si aliquod telum sepius perveniat in eandem
corporis partem Interpretatio est que non
iterans idem redintegrat verbum sed id co-
mutat quod positum est alio verbo quod idem va-
leat hoc modo / Rem publicam radicitus everti-
sti. civitatem funditus deiecisti Item patrem
nefarie verberasti / parenti manus scelerate in-
tulisti. Necesse est eius qui audit animum
commoveri cum gravitas prioris dicti reno-
vatur interpretatione verborum / **Com-
mutacio** est cum due inter se sententie
discrepantes ex transiectione ita efferuntur /
ut a priore posterior contraria priori profici-
scatur / hoc modo. Esse oportet ut vivas non
vivere ut edas / Item ea re poemata non fa-
cio quia cuiusmodi volo non possum cuiusmodi
possum nolo Item que de illo dicuntur dici non
possunt que dici possunt non dicuntur Item poema
loquens pictura est tacitum poema debet esse
Item si stultus es ea re taces / non tamen si taces
ea re stultus es Non potest dici quin commode fiat
cum contrarie sententie relatione verba quoque con-
vertuntur / plura subiecimus exempla ut quoniam dif-
ficile est hoc genus exornationis inventu
dilucidum esset / ut cum bene esset intellectum fa-
cilius indicendo inveniretur **Permissio**
est cum ostenderimus leve indicendo nos aliquam

Rem totam trado et concedo alterius volun-
tati. Si enim omnibus ereptis rebus solum mihi super-
est animus et corpus, hec ipsa que mihi de multis sola
relicta sunt vobis et vestre condono potestati. Vos me
vestro quo pacto videbitur utamini atque abutamini lice-
bit impune in me quidlibet statuite dicite atque
obnuite. Hoc genus tamen etsi alias quoque non num-
quam tractandum est, tamen ad misericordiam commovendam ve-
hementissime est accomodatum. **Dubitatio**
est cum querere videtur orator utrum de duobus po-
cius aut quid de pluribus potissimum dicat. Hoc
modo: Offuit eo tempore plurimum rei publice consulum sive
stulticiam sive maliciam dicere oportet sive utrumque.
Item: Tu istud ausus es dicere, homo omnium morta-
lium, quero quonam te digno moribus tuis ap-
pellem nomine. Expedicio est cum rationibus com-
pluribus enumeratis quibus aliqua res aut
fieri aut non fieri potuit, cetere tolluntur, una
relinquitur quam nos intendimus. Hoc modo: Ne-
cesse est cum constet istum fundum nostrum fuisse
ostendas te aut vacuum possedisse aut usucapi-
one tuum fecisse aut emisse aut hereditate tibi
venisse. Vacuum cum ego adessem possidere non po-
tuisti. Tuum etiam nunc non potes usu fecisse. Em-
ptio nulla profertur. Hereditate tibi me vivo
pecunia mea venire non potuit. Relinquitur ergo ut
me vi de meo fundo deieceris. Hec exornatio
plurimum iuvabit coniecturales argumentationes,
sed non erit tamquam ut plerisque ut cum velimus
ea possimus uti. Nam fere id non poterimus
nisi nobis ipsa negotii natura dabit faculta-
tem. **Dissolutum est** quod coniunctioni-
bus verborum e medio sublatis separatis partibus
effertur. Hoc modo: Gere morem parenti, pare
cognatis, obsequere amicis, obtempera legi-
bus. Item: Descende in integram defensionem,
noli quicquam recusare, da servos in que-
stionem, stude verum invenire. Hoc genus
et acrimoniam habet in se vehementissimam
et ad brevitatem est accomodatum.

Precisio est cum dictis quibusdam reliquum quod
inceptum est dici relinquitur in audientium iudi-
cio. sic. Michi tecum par certatio non est, ideo
quod populus romanus me nolo dicere, ne cui
forte arrogans videar, te autem sepe igno-
minia dignum putavit. Item. tu ista nunc
audes dicere, qui nuper aliene domi non
ausim dicere, ne cum te digna dixero, me
indignum quippiam dixisse videar, hic atro-
cior tacita suspicio quam diserta explanatio facta
est. Conclusio est que brevi argumentatione
ex hiis que ante dicta sunt aut facta conficit quod
necessario consequatur hoc modo. Quod si Danais
datum erat oraclum non posse capi Troiam sine
Philotete sagittis, he autem nichil aliud fecerunt
nisi quod Allexandrum perculerunt, hunc ex-
tinguere id nimirum capi fuit Troiam.

Restant etiam decem exornationes verborum

Restant etiam decem exornationes verborum quas idcirco non vage dis-
persimus, sed a superioribus separa-
vimus quia omnes in uno genere
posite sunt, nam earum omnium hoc
proprium est ut ab usitata verborum potestate recedatur
atque in aliam rationem cum quadam venustate oratio
conferatur. De quibus exornationibus nominatio
est prima. Que nos admonet, ut cuius rei no-
men aut non sit aut satis ydoneum non sit,
eam nosmet ydoneo verbo nominemus, aut imi-
tationis aut causa significationis. Imitationis
hoc modo ut maiores nostri rudere et vagire et
mugire et murmurare et sibilare appellarunt.
Significande rei causa sic. Postquam iste in rem
publicam impetum fecit, fragor civitatis imprimis au-
ditur. hoc genere raro est utendum, ne novi verbi assidu-
itas odium pariat, sed si commode quis utatur eo et raro
non modo non offendet novitate, sed etiam exornat orationem.

Pronominatio est que sicuti cognomine
quodam extraneo demonstrat id quod suo nomine appellari non potest
ut si quis cum loquatur de Gracchis. At non Affricani

nepotes inquit eius huiusmodi fuerunt. Item si quis de ad-
versario cum dicat: videte nunc iudices quem-
admodum me plagio Vulpius iste tractarit. Hoc pa-
cto non inornate poterimus et in laudando et in
ledendo in corpore aut in animo aut in extra-
neis rebus dicere sicuti cognomen quod pro cer-
to nomine collocemus. **Denominacio**
Est que ab rebus propinquis et finitimis trahit
oracionem qua possit intelligi res que non suo voca-
bulo sit appellata. Id aut ab inuento colligitur
aut ab inuentore efficitur ut si quis de Trapeio
loquens eum Capitolium nominet. Aut ab inuento
ut si quis pro Libero vinum pro Cerere frugem appel-
let. Aut ab instrumento dominum ut si quis Mace-
dones appellarit hoc modo: Non tam cito sarisse
Grecia potite sunt. Aut idem significans Gallos: nec
tam facile ex Italia armatura transalpina de-
pulsa est. Aut id quod fit ab eo qui facit ut si
quis in bello velit ostendere aliquid quempiam fe-
cisse dicat: Mars istud te facere coegit. Aut si
quid facit ab eo quod fit ut cum desidiosam artem
dicimus quia desidiosos facit et frigus pigrum
quia pigros facit. Ab eo quod continet id quod
continetur hoc modo demonstrabitur: armis Ita-
lia non potest vinci nec Grecia disciplinis. Nam
hic pro Grecis et Italis que continent notata sunt.
Ab eo quod continetur id quod continet ut si quis
aurum aut argentum aut ebur nominet cum
divicias velit nominare. Harum omnium denomina-
cionum magis in precipiendo diffusio quam querendo
difficilis est inventio. Ideo quia plena consue-
tudo est non modo poetarum et oratorum sed
etiam cottidiani sermonis huiusmodi de-
nominacionum. **Circuicio** est oracio rem sim-
plicem assumpta circumscribens elocutione. Hoc
pacto: Scipionis providentia Cartaginis
opes fregit. Hic nisi ornandi racio quedam
habita esset Scipio potuit et Carthago simpli-
citer appellari. **Transgressio est que**
verborum perturbat ordinem perversione aut

transiectione / perversione sit. Hoc vobis deos
immortales arbitror dedisse virtute pro vestra. Item trans-
iectione hoc modo: Instabilis in istum plurimum
fortuna valuit. Omnes invidiose eripuit sibi
bene vivendi facultates. Huiusmodi transiectio
que rem non reddit obscuram multum proderit ad
continuationes de quibus ante dictum est, in qui-
bus oportet verba sicut a poetis inquendam extruere
numerum ut perfecte et perpolitissime possint esse
absolute. **Superlacio** est que oracio superans
veritatem alicuius augendi minuendi ve causa. Hec
sumitur separatim aut cum comparatione. Separatim sic: Quod
si concordiam tenebimus imperii magnitudinem solis
ortu atque occasu metiemur. Cum comparatione aut a
similitudine aut a prestancia superlatio sumitur. A similitudine
sic: Corpore niveum candorem, aspectu igneum rubo-
rem assequebatur. A prestancia hoc modo: Cuius ore sermo
melle dulcior profluebat. Eodem genere est hoc:
Tantus erat in armis splendor, ut solis ful-
gor obscurior videretur. **Intellectio**
est cum res tota parva de parte cognoscitur aut de
toto pars. De parte totum sic intelligitur: Non il-
le te tibie nupciales eius matrimonii commo-
nebant. Nam hic sanctimonia omnis nupciarum
uno signo tibiarum intelligitur. De toto par-
tem ut si quis ei qui vestitum aut ornatum
sumptuosum ostendet dicat: Ostentas mihi divicias
et locupletes copias iactas. Ab uno plura hoc
modo intelliguntur: Peno fuit Hispanus au-
xilio, fuit immanis ille transalpinus, in Ita-
lia quoque non nemo sensit idem togatus. A
pluribus unum sic intelligitur: Atrox cala-
mitas pectora merore pulsabat. Itaque anhe-
lans ex imis pulmonibus pre cura spiri-
tus ducebatur. Nam in superioribus plures
Hispani et Galli et togati, et hic unum pe-
ctus et unus pulmo intelligitur, et erit illic
diminutus numerus festivitatis, hic adau-
ctus gravitatis gracia. **Abusio** est que
verbo simili et propinquo et proprio abutitur, hoc

hoc modo · vires hominis breves sunt aut parua
statura · aut longum in homine consilium / aut
oratio magna / aut uti sermone pauco / nam hic
facile est intellectum finitima verba re-
rum dissimilium / ratione abusionis esse traducta
Translatio est cum verbum in quandam
rem transferetur ex alia re quod propter simili-
tudinem recte videbitur posse transferri / Ea
igitur ponende rei ante oculos causa sit sic
hunc Italiam tumultus expergefecit terrore
subito / breuitatis causa sic / Recens aduentus
exercitus extinxit ciuitatem / Obscenitatis
vitande causa sic / Cuius mater cottidianis
nuptiis delectatur / Augendi causa sic / Nullius
verbis calamitas istius explere inimicitias
et nefariam saturare crudelitatem potuit
Minuendi causa sic / Magno se predicat au-
xilio fuisse · quia paululum in rebus difficili-
mis aspirauit / Per argumentum sic / Nam ut
canes fungentur officiis luporum quo nam
presidio pecualia tuta credemus / Item orna-
di causa tractatur sic / Aliquando rei publice ratio-
nes que malicia nocentium exaruerunt vir-
tute optimatium reuirescent / Translationem
prudentem dicunt esse oportere ut cum ra-
tione in consimilem rem transeat ne sine dele-
ctu temere et cupide videatur in dissimilem
transcurrisse / Permutatio est oratio
aliud verbis aliud sententia demonstrans / Ea diui-
ditur in tres partes · similitudinem / argumentum
contrarium · Per similitudinem sumitur cum
translationes plures frequenter ponuntur a simili oratione
ducte sic / Nam cum canes fungentur officiis lu-
porum · cui nam presidio pecualia credemus
Per argumentum tractatur cum a persona aut loco
aut re aliqua similitudo augendi / aut minuendi causa
ducitur / ut si quis drusum / graccum nitorem
obsoletum dicat / Ex contrario ducitur sic / ut si quis
hominem prodigum et luxuriosum illudens parcum et dili-
gentem appellet / Et in hoc postremo quod ex contrario

sumitur et in illo primo quod a similitudine
ducitur pro translatione argumento poterimus uti. Per
similitudinem sic: Quid agit hic rex atque Aga-
memnon ut sive ut crudelis est potius Atreus. Ex
contrario sic: ut si quempiam qui patrem verberarit
Eneam nominemus, intemperantem et adulterum Ypolitum
nominemus. Hec sunt fere que dicenda videban-
tur de verborum exornationibus. Nunc res ipsa
monet ut deinceps ad sententiarum exornatio-
nes transeamus.

Distribucio est cum in plures res aut per-
sonas negocia quedam certa dispertiuntur
hoc modo: Qui vestrum
iudices senatus nomen diligit
hunc odit necesse est. Petulan-
tissime enim semper iste oppugnavit senatum. Qui e-
questrem locum splendidissimum cupit esse in civitate
hunc oportet istum maxime pene velit dedisse, ne
iste sua turpitudine ordini honestissimo macule atque
dedecori sit. Qui parentes habetis ostendite istius
supplicio vobis impios homines non placere. Quibus
liberi sunt constituite exemplum quante pene sint in ci-
vitate omnibus istiusmodi comparate. Item: Senatus est
officium consilio civitatem iuvare. Officium magistratus
est opera et diligentia exequi voluntatem senatus.
Populi est officium res optimas et homines ydoneos
maxime suis sententiis deligere et probare. Accusato-
ris est officium crimina inferre; defensoris
diluere et propulsare. Testis est dicere que sciat
aut que audierit. Questoris est unumquemque
horum in suo officio continere. Quare in causis
Cassi si testem preterquam quod sciat aut audie-
rit argumentari et coniecturam prosequi pa-
cieris, ius accusatoris cum iure testium commi-
scebis, testis improbi cupiditatem confirma-
bis et reo duplicem defensionem parabis.
Hec est exornatio copiosa; comprehendit
enim brevi multa et suum cuique tribuens officium

separatim res diuidit plures **Licencia**

Est cum sepe apud eos quos vereri aut me-
tuere debemus / tum aliquid pro iure nostro di-
cimus . quod eos minime offendat / aut quos
hij diligunt . tum in aliquo et irato vere co-
prehendere videamur . hoc modo Miramini
quirites quod ab omnibus vestre rationes dese-
rantur / quod causam vestram nemo suscipiat . quod
se nemo vestri defensorem profiteatur . Vestre
culpe tribuite desinite mirari . Quid est enim
quare non omnes istam rem fugere ac vitare de-
beant . Recordamini quos habueritis defensores .
studia eorum vobis ante oculos ponite / deinde
exitus omnium considerate / tum nobis veniet in
mentem / vt vere dicam negligencia vestra sine igno-
minia . potius illos ante oculos vestros trucidatos esse
inimicos eorum vestris suffragiis in amplissimum
locum peruenisse . Item quid fuit iudices / quare
in istis sententiis dubitaueritis / aut istum hom-
nem nefarium ampliaueritis / Non apertissime res
erant crimini date non omnes et testibus probate
non qua tenuiter et inugatorie refutatum est / Hic
vos veriti estis / Si primo cetu condemnassetis
ne crudeles existimaremini / sed dum ea
vitastis / vituperacionem / que longe a vobis af-
fuitam absunt eorum incurristis / vt timidi atque
ignaui putaremini / et iniurias et priua-
tas et publicas calamitates accepistis / cum
etiam maiores ruine impendere videantur . Se-
detis et cessatis / nocti lucem / et lucem nocte
expectatis / Aliquid incommodi atque incommodi
cotidie nunciatur . Et enim omnia opera no-
bis hec accidat / nos remoramini / dicimus
et alibi ad vestram p . periciam retinetis / ero
ad potestatem inimicitie . Huiusmodi licencia
si nimium acrimonie videbitur esse multis
mitigacionibus leuietur . Nam continuo
aliquid huiusmodi licebit inferre / hic ego
virtutem vestram quero . Consilium desidero
veterem consuetudinem requiro / vt quod erat

commotum licentia id mitigetur laude | ut altera res ab iracundia vel molestia removeat | altera ab errato deterreat | Hec res sicut in amicicia
ita in dicendo maxime facit | ut et illi qui audient a culpa absint | et nos qui dicimus tum amici eorum et tum veritatis esse videamur | Est autem quoddam genus in dicendo licencie quod astuciore oracione comparatur cum aut ita obiurgamus eos qui audiunt quomodo se cupiunt obiurgari aut id quod scimus facile omnes auditores dicimus nos timere quomodo accipiant | sed tamen veritate commoveri ut nichilo secius dicamus | horum amborum generum exempla subiciemus | prioris huiusmodi Nimium quirites animis estis simplicibus ac mansuetis nimium unicuique creditis | et existimatis unumquemque eniti ut perficiat que nobis pollicitus sit | erratis | et falsa spe frustra iam diu detinemini | stulticia vestra fuit | id quod erat in vestra potestate ab aliis petere quam ipsi sumere maluistis | posterioris licencie hoc erit exemplum. Mihi cum isto iudices fuit | amicicia | sed ista tamen amicicia tamen et si vereor quomodo accepturi sitis | tamen dicam vos me privastis | Quid ita | Quia ut vobis essem probatus eum qui vos oppugnabat inimicum quam amicum habere malui | Ergo hec exornatio cui licencie nomen est | sicuti demonstravimus | duplici racione tractabitur | acrimonia que si nimium fuerit aspera mitigabitur laude et assentacione de qua supra diximus | que non indiget mitigacionis | propterea quod imitatur licenciam | et sua sponte se ad animum auditoris accomodat | **Deminucio** | est cum aliquid inesse nobis aut hiis quos defendimus | aut natura | aut fortuna | aut industria dicemus egregium quod ne qua significetur arrogans ostentacio diminuitur et attenuatur oracione | hoc modo | Nam hoc pro meo iure iudices dico me labore | et industria curasse et disciplinam militarem non in postremis

tenerem / hic si quis dixisset ut optime te-
nerem tam et si vera dixisset x tamen arrogans
visus esset nunc et ad invidiam vitandam
et laudem comparandam satis dictum est
Item utrum ergo liberalitatis causa an
avaricie aut egestatis accessit ad maleficium
avaricie / at largissimus fuit in amicos
quod signum est liberalitatis / que contraria
est avaricie egestatis huic quidem pater
nolo nimium dicere non tenuissimum pa-
trimonium reliquit / hic quoque vitandum
est / ne magnum aut maximum dicetur / hoc
igitur in nostris / aut eorum quos defen-
dimus egregiis commodis proferendis obser-
vabimus / Nam eiusmodi res et invidiam
contrahunt in vita / et odium in oratione
si inconsiderate tractes / Quare quem-
admodum racionem vivendo fugitur in-
vidia / sic in dicendo consilio vitatur odium

Descriptio nominatur / que rerum
consequentium continet perspicuam et dilu-
cidam cum gravitate expositionem / hoc mo-
do quod / si istum iudices vestris sententiis libe-
raveritis statim sicut ex cavea leo phe-
micens sicut aliqua deterrima belua so-
luta ex cathenis volitabit / et vagabitur in fo-
ro acuens dentes in cuiusque fortunas in omnes
amicos atque inimicos notos et ignotos incursans
aliorum famam depeculans aliorum caput oppu-
gnans aliorum domum ac omnem familiam perfri-
gens rem publicam funditus labefactans Quare
iudices eicite eum de civitate liberate omnes formidine
vobis denique ipsis consulite Nam si istum in-
punitum dimiseritis in vosmetipsos credite mihi fe-
ram et truculentam bestiam immiseritis Item
nam si de hoc iudices gravem sententiam tuleritis uno
iudicio simul multos iugulaveritis / grandis natu
parens / cuius spes senectutis omnis in huius adolescentia
posita est quare velit in vita manere / non habebit filii
parvi privati patris auxilio ludibrio et despectui paternis

inimicis erunt expositi tota domus huius
indigna concidet calamitate / at inimici sta-
tim sanguinolenta palma crudelissima vi-
ctoria potiti insultabant / in horum miserias
/ et superbi verbis invehientur Item nam ne-
minem vestrum fugit quirites urbe capta / que mise-
rie consequi illos soleat arma quod contra
tulerunt / statim crudelissime trucidantur Ceteri
qui possunt per etatem et vires laborem ferre ra-
piuntur in servitutem qui non possunt vita privantur
uno denique atque eodem tempore domus hostili flagra
bit incendio / et quos natura aut voluntas necessi-
tudine et benivolencia coniunxit distrahuntur li-
beri partim e gremiis diripiuntur parentum / partim
in sinu iugulantur . partim ante edes constuprantur
Nemo iudices est qui possit rem satis conse-
qui verbis . nec referre oracione magnitudinem cala-
mitatis . Hoc genere exornacionis vel indigna-
tio vel misericordia potest commoveri cum res
consequentes comprehense universe perspicua bre-
viter exprimuntur oracione **Divisio** est que
rem semovens ab re utramque absolvit racione
subiecta hoc modo . Cur ego tibi nunc quid
quam obiciatur . Si probus es / non meruisti
si improbus non commovere Item quid nunc
ego de meis promeritis predicem . Si
meministis obtundam Si obliti estis cum re nichil
egerim quid est quod verbis proficere possim Item due res
sunt que possunt homines ad turpe compendium commo-
vere inopia atque avaricia Te avarum in fra-
terna divisione cognovimus inopem atque egentem nunc
videmus . qui potes igitur ostendere causam maleficii non
fuisse Inter hanc divisionem et illam que in partibus oracio-
nis tercia est / de qua in libro primo diximus / dum
narracionem demonstravimus hoc interest / quod illa divi-
dit per enumeracionem / aut per exposicionem quibus de rebus
in totam oracionem disputacio futura sit / hec se
statim explicat et brevi duabus aut pluribus par-
tibus subiciens racionem / exornat oracionem **Fre-
quentacio** . est cum res in tota causa disperse co:

coniungit in unum quo gravior aut acrior aut criminosior oratio
sit. hoc pacto. A quo tandem abest iste vitio. Quid est cur
iudices velitis eum liberare qui sue pudicicie pro-
ditor est / insidiator aliene / cupidus / intemperans pe-
tulans / superbus / impius in parentes / ingratus in
amicos. infestus cognatis / in superiores contumax
in equos / et pares fastidiosus in inferiores crude-
lis denique in omnes intollerabilis. Eiusdem generis
est illa frequentacio que plurimum coniecturalibus causis
opitulatur cum suspiciones que separatim dicte mi-
nute et infirme erant / unum in locum coacte rem
videntur perspicuam facere / non suspiciosam hoc
pacto. Nolite igitur iudices ea que dixi separatim
spectare / sed omnia colligite et in unum conferte si
et commodum ad istum ex illius morte veniebat
et vita hominis est turpissima animus avarissimus for-
tuna familiaris attenuatissima et res ista bono ne-
mini preterquam isti fuit / neque alius quisquam eque co-
mode neque iste aliis commodioribus rationibus facere
potuit / neque preteritum est ab isto quicquam quod opus fue-
rit et cum locus ydoneus maxime quesitus et cum
occasio aggrediendi commoda tempus adeundi oppor-
tunissimum spacium conficiendi longissimum sumptum est
non sine maxima occultandi maleficii spe. Et preterea
antequam occisus is quod est iste visus est in eo loco so-
lus in quo occisio facta est paulo post in ipso male-
ficio vox illius qui occidebatur audita / deinde
post occisionem istum multa nocte domum redisse
constat postero die titubanter et inconstanter de
occisione illius locutum est hec partim testimoniis
partim questionibus partim argumentis omnia com-
probantur / et rumore populi quem ex argumentis na-
tum necesse est esse verum / vestrum iudices est his
in unum locum collatis certam sumere scien-
ciam / non suspicionem maleficii. Nam unum
aliquid aut alterum potest in istum casum
incidisse suspiciose / ut omnia inter se a pri-
mo usque ad postremum conveniant maleficia
necesse est casu non posse fieri. Vehemens
est hec exornatio et in coniecturalibus constitucionibus

Cause ferme semper necessaria et in ceteris
generibus causarum et in omni oratione adhibe-
da non nunquam. **Exposicio** Est cum
in eodem loco manemus / et aliud atque aliud
dicere videmur. Ea aut dupliciter fit Si aut
eandem plane dicemus rem / aut de eadem re /
Eandem rem dicemus non eodem modo / nam id
obtundere auditorem est / non rem expolire sed
commutate / commutabimus tripliciter verbis · pronunciando
tractando · Verbis commutabimus / si cum re simul dicta
iterum aut sepius aliis verbis quod idem valeat eadem
res proferetur / hoc modo / nullum tantum est periculum quod sa-
piens pro salute patrie vitandum arbitretur Cum
agetur incolumitas perpetua civitatis qui bonis
erit racionibus preditus profecto nullum vite discri-
men sibi pro fortunis rei publice fugiendum putabit /
et erit sentencia in ea semper ut pro patria stu-
diose quamvis in magnam descendat vite dimi-
cacionem Pronunciando commutabimus si tum in ser-
mone · tum in acrimonia · tum alio atque alio genere
vocis atque gestus eadem verba commutando / pro-
nunciacione quoque vehemencius immutabimus / hoc
quoque comodissime scribi non potest neque pa-
rum est apertum / quare non eget exempli /
Tercium genus commutacionis est quod tractando
conficitur si sentenciam trahicienmus aut sermoci-
nacione aut exsuscitacione / Sermocinacio
est de qua plenius post suo loco dicemus / nunc
breviter quod ad eam rem satis sit attingemus in
qua constituetur alicuius persone oracio accomo-
data ad dignitatem / hoc modo / ut facilius res
cognosci possit ne ab eadem sentencia recedamus
Sapiens quidem omnia rei publice causa suscipi-
enda pericula putabit sepe ipse secum loquitur
per / non michi soli sed etiam adeo multum pocius
natus sum patrie / vita que fato debetur saluti
patrie potissimum solvatur / aluit hec me
tute et honeste ad hanc usque etatem produxit me-
ab honestis bonis legibus et optimis disciplinis
munivit / Quid est quod a me satis ei persolvi possit

Unde hec accipies in hac loquitur sapiens sicut Sepe
ego in periculis republice nullum ipse periculum fu-
gi Et item mutata res tractando si traducitur ad
exsuscitacionem cum et nos commoti dicere videamur et au-
ditoris animum commoveamus sic Cuius est enim
tam tenui cogitacione preditus cuius animus tantis
angustiis invidie continetur qui non hunc hominem
studiosissime laudet et sapientissimum iudicet qui
pro salute patrie pro incolumitate civitatis pro rei
publice fortunis quamvis magnum atque atrox periculum
studiosissime suscipiat et libenter subeat Equidem
hunc hominem magis cupio satis laudare quam possum
Idque hoc certe scio vobis omnibus usu venire Eadem
igitur res hiis rebus in dicendo commutabitur verbis tri-
bus pronunciando tractando dupliciter sermo-
cinacione et exsuscitacione Sed de eadem re cum dice-
mus pluribus utemur commutacionibus Nam cum
rem simpliciter pronunciaverimus racionem subicere po-
terimus Deinde dupliciter vel sine racionibus vel cum
racionibus pronunciare Deinde afferre contrarium
de quibus omnibus diximus in verborum exorna-
cionibus Deinde simile et exemplum de quo suo
loco plura dicemus Deinde conclusionem de qua
in secundo ~~libro~~ loco que opus fuerunt diximus
demonstrantes argumentaciones quemadmodum
concludere oporteat in hoc libro docuimus
cuiusmodi esset exornacio verborum cui conclusio no-
men est Ergo huiusmodi vehementer ornata po-
terit esse expolicio que constabit ex frequentibus
exornacionibus verborum et sentenciarum Hoc modo igitur
septem partibus tractabitur sed ab eiusdem fine
non recedamus exemplo ut scire possis quam fa-
cile preceptione rethorice res simplex mul-
tiplici racione tractetur Sapiens nullum pro
republica periculum vitabit ideo quod sepe cum
pro republica perire noluit necesse erit cum
republica pereat Et quoniam sunt omnia comoda a pa-
tria accepta nullum incomodum pro patria
grave putandum est Ergo qui fugiunt id pe-
riculum quod pro republica subeundum est stulte

faciunt. Nam neque effugere incommoda possunt et ingrati in
civitate repelluntur. Et qui patrie periculum suo periculo
expetunt, hi sapientes putandi sunt, cum et eum
quem debent honorem rei publice reddunt, et pro mul-
tis perire malunt quam cum multis. Etenim vehemen-
ter est iniquum, vitam quam a natura acceptam propter
patriam conservaveris, nature cum cogat reddere, pa-
trie cum roget non dare; et cum possis cum summa
virtute et honore pro patria interire, mal-
le per dedecus et ignaviam vivere; et pro amicis
et parentibus et ceteris necessariis adire periculum,
pro re publica in qua hec et illud sanctissimum no-
men patrie continetur nolle in discrimen veni-
re. Itaque uti contemnendus est qui in navigio
navem quam se mavult incolumem, ita vituperan-
dus est qui in rei publice discrimine suo plus quam
communi saluti consulit. Navi enim fracta mul-
ti incolumes fuerunt; ex naufragio patrie
salvus nemo potest enatare. Quod michi bene
videtur Decius intellexisse, qui se devovisse dicitur
et pro legionibus in hostes immisisse medios. Un-
de amisit vitam, at non perdidit. Re enim vilissi-
ma et parva maximam redemit. Vitam dedit,
patriam accepit; amisit animam, potitus est
gloriam, que cum summa laude prodita vetustate
magis cotidie enitescit. Quod si pro re publica
debere accedere ad periculum et ratione demon-
stratum est et exemplo probatum, hi sapientes sunt
existimandi qui nullum pro salute patrie peri-
culum vitant. In his ergo generibus expolitio ver-
satur, de qua producti sumus ut plura diceremus,
quod cum causam dicimus non modo adiuvat et
exornat orationem, sed multo maxime per eam ex-
ercemur ad elocutionis facultatem. Quare conve-
niet extra causam exercendo rationes adhi-
bere explanationis, in dicendo uti cum exornabi-
mus argumentationem, de qua re diximus
in secundo libro. **Commoracio** est cum in loco
firmissimo a quo tota causa continetur manet diutius et
eodem sepius redditur. Hac uti maxime convenit, et id e

Oratoris boni maxime proprium · non enim datur
auditori potestas animum de re firmissima dimouen-
di · Huic exemplum satis ydoneum subici non po-
tuit / propterea quod hic locus non est a tota cau-
sa seperatus sicuti membrum aliquod sed tanquam
sanguis profusus est per totum orationis corpus
Contencio est per quam contraria referuntur
ea est in verborum exornacionibus ut ante diximus
huiusmodi / Inimicis te placabilem amicis inexora-
bilem prebes / In sententiarum huiusmodi / vos huius
lugetis incomodum iste rei publice calamitate le-
tatur / Vos vestris fortunis / diffiditis / iste solus
suis eo magis confidit · Inter hec duo conten-
cionum genera / hoc interest illud ex verbis celeriter
relatis constat / constat hic contrarie sentencie
ex comparatione referantur / oportet **Simi-
litudo** est oratio traducens ad rem quampiam
aliquid ex re dispari simile ea sumitur / aut
ornandi causa / aut probandi / aut apertius dicendi /
aut ante oculos ponendi / et quomodo quatuor de
causis sumitur · Ita quatuor modis dicitur per con-
trarium / per negacionem / per collacionem / per brevi-
tatem ad unamquamque sumende causam similitu-
dinis accomodabimus singulos modos pronunc-
ciandi / Ornandi causa sumitur per contrarium sic / Non
enim quemadmodum in palestra qui tedas candentes
accipit celerior est in cursu continuo quam ille qui
tradit ita melior imperator novus qui accipit ex-
citum quam ille qui decedit propterea quod defatigatus
cursor integro facem peritus imperator imperito
exercitum tradit · Hoc sine simili satis plane et per-
spicue et probabiliter dici potuit / hoc modo
dicere / minus bonos imperatores a melioribus exer-
citus accipere solere / et ornandi causa simile su-
mptum est · ut orationi dignitas / quedam compareretur
Dictum est autem per contrarium / Nam tunc similitudo
sumitur per contrarium cum ei rei quam nos proba-
mus aliquam rem negamus esse similem
ut paulo ante cum de cursoribus asserebatur
Per negacionem dicetur probandi causa hoc modo /

Neque equus indomitus quamvis bene natura compositus sit
ydoneus potest esse ad eas utilitates que desiderantur
ab equo / neque homo indoctus quamvis sit ingeniosus ad
virtutem potest pervenire / hoc probabilius factum est quod
magis est verisimile non posse virtutem sine doctri-
na comparari · quoniam neque equus quidem indomitus
ydoneus possit esse / Ergo sumptum est probandi causa / dic-
tum est autem per negacionem / Id enim perspicuum est in primo
similitudinis verbo / Sumetur et apertius dicendi causa
simile per brevitatem / hoc modo / In amicitia gerenda
sicut in stadio currendi non ita exercere convenit ut
quoad necesse sit venire possis / sed ut productus
studio et viribus ultra facile procurras / Nam hoc est
simile ut apertius intelligatur mala racione facere
qui reprehendunt eos qui verbi causa post mortem amici li-
beros eius custodiat / propterea quod in cursore tantum
velocitatis esse oportet ut efferatur usque ad fi-
nem / in amico tantum benivolencie studium ut effe-
ratur ultra finem · dictum autem simile est per
brevitatem / Non enim ita ut in ceteris rebus
res a re separata est / sed utraque res coniuncte
et confuse comparate ante oculos ponendi causa
sumetur similitudo cum dicetur per collacionem sic-
uti citharedus cum prodierit optime vestitus
palla inaurata / indutus clamide purpurea co-
loribus variis intexta / et cum corona magna
fulgentibus gemmis illuminata citharam
tenens exornatissimam auro et ebore distin-
ctam et ipse preterea forma et specie sit et statu-
ra apposita ad dignitatem si cum magnam
populo commovit / his rebus expectacionem
repente silencio facto vocem mittat acerbis-
simam cum turpissimo corporis motu quo
melius ornatus / et magis fuerit expectatus
eo magis contusus et contemptus deicitur /
Ita si quis excelso loco et magnis ac locuple-
tibus copiis collocatus fortune muneribus
et nature comodis omnibus est habundans
si que virtutis magistre petit egebit quo
magis ceteris rebus erit copiosus et industriosa

exceptatus / eo vehemencius derisus / et contemp-
tus / ex omni conventu bonorum eicietur / Hoc
simile / exornatione ~~alterius~~ utriusque rei fac-
tis scilicet artificiis in alterius stulticia simi-
li ratione collocata / sub aspectus omnium rem
subiecit. Dictum est autem per collacionem
propterea quod proposita similitudine paria
sunt / omnia relata in similitudinibus ob-
servare oportet diligenter / et cum rem affe-
ramus similem cuius rei causa similitu-
dinem attulerimus / verba quoque ad simi-
litudinem habeamus accomodata / id est hu-
iusmodi / ita ut irundines estivo tempore
presto sunt / frigore pulse recedunt / ex ea-
dem similitudine nunc per translationem / ver-
ba sumimus / ita falsi amici sereno vite tem-
pore presto sunt simul atque yemem for-
tune viderint devolant omnes / Sed inven-
cio similium facilis erit si quis sibi omnes
res animatas et inanimatas mutas et
eloquentes feras et mansuetas / celestes
terrestres / et maritimas artificiosas vna na-
tura comparatas / usitatas / atque inusitatas
frequenter ponere ante oculos poterit / et ex
his aliqua venari similitudinem / que aut
ornare aut docere / aut apciorem rem facere
vel ponere ante oculos possit / Non enim res
tota toti rei necesse similis sit sed ad ipsum
quod conferetur similitudinem habeat oportet

Exemplum est alicuius facti aut
dicti preteriti cum certi auctoris nomine pro-
posicio / id sumitur hisdem de causis quibus si-
militudo / Rem ornaciorem facit cum nullius rei nisi
dignitatis causa sumitur / apciorem facit cum id
quod sit obscurius magis dilucidum reddit
probabiliorem cum magis verisimile facit / ante oculos
ponit cum exprimit omnia perspicue ut res prope dicam manu
temptari possit Unumquodque generis singula subiceremus
exempla nisi exemplum quod genus esset in expolicione demonstrassemus
et causas sumendi in similitudine aperuissemus / Quare

noluimus neque pauca quo minus intelligeretur nec
re intellecta scribere plura. **Imago est**
forme cum forma cum quadam similitudine
collacio. Hec sumitur aut laudis aut vitupa-
tionis causa. Laudis causa sic: Inibant preli-
um corpore thauri validissimi impetu leonis acer-
rimi. Vituperationis ut in odium adducat hoc
modo: Iste quottidie per forum medium tamquam iubatus
draco serpit dentibus aduncis aspectu rabido spi-
ritu venenato circumspectans huc et illuc si quem
reperiat cui aliquid mali faucibus afflare quem ore
attingere dentibus insectare lingua aspergere possit.
Ut invidiam adducat hoc modo: Iste qui suas
diviciAs iactat sicut gallus e frigea aut ari-
olus quispiam depressus et oneratus auro
clamat et deierat. In contemcionem sic: Iste
tamquam coclea abscondens et retractans sese ta-
citus cum domo totus comeditur et auffertur.
Effictio est cum exprimitur atque effingi-
tur verbis corporis cuiuspiam forma quo-
ad satis sit intelligendum, hoc modo: hunc
iudices dico rubrum brevem incurvum
canum subcrispum cesium cui sane magna
est in mente cicatrix, si quo modo potest vo-
bis in memoriam redire. Habet hec exorna-
tio utilitatem si quem velit demonstrare tum
venustatem si breviter et dilucide facta est.
Notacio est cum alicuius natura
certis describitur signis que sicuti note que-
dam nature sunt attributa. Ut si velis non
divitem sed ostentatorem pecuniosi scribere: Iste
inquit iudices qui se dici divitem putat esse
preclarum primum videte nunc quo vultu nos
intueatur. Nonne vobis videtur dicere: darem si mihi
molesti non essetis. Cum vero sinistra mentum
sublevat estimat se gemme nitore et auri splendore
aspectus omnium perstringere. Cum puerum respicit hunc u-
num quem ego novi vos non arbitror nomine alio
nomine appellat deinde alio atque alio. Heus tu inquit ve-
ni sanio ne isti barbari perturbent ad ignoti

qui audiet unum puerum se legere de inlitis. Si dicit
in auem ut domi lectuli sternantur aut ab ami-
culo rogetur ethiops qui ad balneas veniat et
asturconem locus ante hostium suum det et alicquid fra-
gile flos coragium glorie compareret. Deinde exclamat
ut omnes audiant videte ut diligenter inferatur si
fieri potest ante noctem. puer qui bene nouerat que hoc no-
uit tu illo plures mittas oportet inquit si hodie
vis transmittere. age inquit duc tecum libanum et
sophiam sane deinde cauet veniunt hospites ho-
mini qui istum receperunt splendide dum peregrinaretur
ex ea re hic hercle sane conturbatur, sed tamen
a vicio nature non recedit. Bene inquit facitis
cum venitis, sed rectius fecissetis si ad me domum
recte abiissetis. Id fecissemus inquiunt illi si domum
novissemus. At illud quidem facile fuit undelibet
invenire. unum eamus illuc. sequuntur illi sermo
interea habetur consumitur omnis in ostentatione que-
rit in agris frumenta cuiusmodi sint. negat
se quia ville incense sunt accedere posse nec e-
dificare etiam nunc audere tam et si in tuscu-
lano quidem cepi insanire et in isdem funda-
mentis edificare. Dum hec loquitur venit ita
edes quasdam in quibus salarium erat eodem die
futurum. quo iste preterita domo edium cum
hospitibus ingreditur. hic inquit habito perspicit
argentum quod erat expositum inspicit tricliniumque
stratum probat. Accedit servulus dicit ho-
mini clam dominum iam venturum si velit iam
exire. Itane est inquit. Eamus hospites fra-
ter meus venit ex salerno ego illi obviam per-
gam vos huc decima revertitote. hospites di-
scedunt. iste se raptim domum suam con-
iecit illi decima qua iusserat veniunt que-
runt. hunc reperiunt cuias sit domus in
diversorium derisi conferunt sese. vident
hominem postera die narrant expostulant
accusant ait iste loci similitudine deceptos
angiporta toto de errasse se contra valitudi-
nem suam ad noctem multam exspectasse. Sam inor

Puero negotium dederat ut vasa vestimenta pue-
ros rogaret homo non inurbanus strenue
satis et cõtinue comparat Iste hospites do-
mum deducit ait se maximas edes cuidam ad
nuptias comodasse Nunciat puer argentum
repeti pertimuerat enim qui comodaverat Apage te
inquit edes comodavi familiam dedi argentum quoque
vult. tametsi hospites habeo tamen utatur licet nos
samiis delectabimur Quid ego que deinde effi-
ciat narrem Eiusmodi est hominis natura ut
que singulis diebus efficiat gloria atque ostentacione
ea vix annuo sermone enarrare possim Huiusmo-
di notationes que describunt quod consentaneum
sit uniuscuiusque nature vehementer habent magnam
delectacionem totam enim naturam cuiuspiam po-
nunt ante oculos aut gloriosi ut nos exempli
causa ceperamus aut invidi aut timidi aut
avari ambitiosi amatoris cuiusvis studium
protrahi potest in medium tali notatione

Sermocinacio est cum alicui per-
sone sermo attribuitur et is exponitur cum
racione dignitatis hoc pacto Cum militibus
urbs redundaret et omnes timore oppressi domi
continerentur venit iste cum sago gladio succinc-
tus tenens iaculum quinque adolescentes hominem simi-
li ornatu subsequuntur Irrupit in edes subito
Deinde magna voce Ubi est iste beatus in-
quit edium dominus qui mihi presto fuit quid
tacetis Hic alii omnes stupidi timore ob-
mutuerunt uxore illius infelicissimi cum ma-
ximo fletu ad istius pedes abiecit sese parce
inquit Et per ea que tibi dulcissima sunt
in vita miserere nostri noli extinguere
extinctos fer mansuete fortunam nos quoque
fuimus beati nosce te esse hominem At ille quin
mihi illum datis ac vos auribus meis opplo-
rare desinitis non abibit Illi nunciantur
interea illum venisse et clamore magno mortem mi-
nari Quod simul ut audivit Heus inquit Gorgia pue-
rorum pedissequa absconde pueros defende fac ut

S incolumis sit adolescencia. Vix hec dixerat cum
ecce iste presto. Sedes inquit audax non mox mea
tibi vitam ademit. Exple meas inimicicias et iracun-
diam satura tuo sanguine. Ille cum magno spiritu va-
reor inquit metuebam ne plane victus essem nunc vi-
deo in iudicio mecum contendere non vis ubi supe-
rari turpissimum et superare pulcherrimum est interficere
vis. Occidar equidem sed victus non peribo. At iste in
extremo vite tempore et sentencias eloqueris ne-
que ei quem vides dominari vis supplicare. Tum
mulier immo iste quidem ~~tetigit~~ rogat et suppli-
cat, sed tu queso commovere et tu per deos inquit
hunc amplexare dominus est vicit hic te, vin-
ce tu nunc. Cui non desinis inquit uxor loqui
que me digna non sunt. Tace et que curanda
sunt cura. Tu cessas michi vitam, tibi omnem bene
vivendi spem mea adimet et mors. Iste mu-
lierem a se repellit lamentantem. Illi nescio
quid incipienti dicere quod dignum videlicet illius vir-
tuti esset gladium in latere defixit. Puto
in hoc exemplo datos esse unicuique sermones
ad dignitatem accomodatos id quod oportet in hoc
genere conservare. Sunt item sermocinaciones
consequentes hoc genus. Nunc quid putamus il-
los dicturos si hoc iudicaveritis. Nonne omnes
hac utentur oracione. Deinde subicere ser-
monem. **Conformacio** est cum aliqua
que non adest persona confingitur quasi ad-
sit aut cum res muta aut informis fit eloquens
et forma ei et oracio attribuitur ad digni-
tatem accomodata aut accio quedam hoc pa-
cto. Quod si nunc hec urbs invictissima voce mit-
tat non ne hoc pacto loquetur. Ego illa pluri-
mis ornata tropheis triumphis ditata cer-
tissimis locupleta victoriis nunc vestris sedicionibus
o cives vexor quam dolis maliciosa Cartago
viribus probata Numancia disciplinis erudita
Corinthus labefactare non potuit eam patimini
nunc ab homunculis deterrimis proterri ac concul-
cari. Item quod si nunc Lucius ille Brutus reviviscat

Et hic ante pedes vros adsit no ne hac vtatur
ordine Ego reges eieci vos in a nos introducitis
ego libertatem que no erat pepi vos partam fi=
uare no vultis ego capitis mei periculo patriam li=
beraui vos liberi sine periculo esse non curatis
Hec conformacio licet in plures res mutas
atque inanimatas transferatur tamen proficit mul=
tum in partibus amplificacionis et commiseracione

Significacio est res que plus in su=
spicione relinquit quam positum est in oratione ea fit
per exsuperacionem per ambiguum per consequenciam per ab=
scisionem per similitudinem per exsuperacionem cum plus
dicendum quam patitur veritas augende suspicionis
causa sic hic de tanto patrimonio tam cito ne=
scam qua petat ignem no reliquit Per ambi=
guum cum verbum potest in duas plures ue sentencias
accipi sed accipitur in eam partem quam vult is
qui dixit ut si de eo dicas qui multas hereditates
adierit prospice tu qui plurimum cernis Ambi=
gua quemadmodum vitanda sunt que obscu=
ram reddunt oracionem ita hec consequenda que con=
ficiunt huiusmodi significacionem ea reperientur
facile si noverimus et animadverterimus verborum am=
biguitates ac multiplices potestates Per consequen=
ciam significacio est cum res que aliquid
sequuntur dicuntur ex quibus res tota re=
linquitur in suspicione ut si salsamentarii
filio dicas Quiesce tu cuius pater cubito
se emungere solebat Per abscisionem si cum in=
cipimus aliquid dicere precidamus et ex eo quod
iam diximus satis relinquitur suspicionis sic
Qui ista forma et etate nuper aliene domi
nolo dicere plura Per similitudinem cum aliqua
re simili allata nichil amplius dicimus sed
ex ea significamus quid senciamus hoc modo
Noli saturnine nimium frequencia populi fretus
esse inulti iacent et gracchi Hec exornacio
plurimum habet festiuitatis interdum et dignitatis
Sinit enim quiddam tacito oratore ipsum auditorem su=
spicari **Breuitas** est res ipsis tantum modo

vobis necessariis expedita. Hoc modo. Lemnum preteriens
cepit inde thasi presidium relinquit post urbem
bithiniam substulit inde pulsa in hellespontum
statim potitur abido. Item iam consul quondam
fuit primus deinde primus erat ciuitatis tum proficiscitur
et in asiam. deinde hostis est dictus et exul
post imperator et populorum factus est consul
postremo. Habet paucis comprehensa breuitas
multarum rerum expedicionem. Quare adhibenda
est cum aut res non egent longe oracionis et
tempus non sinit commorari. Demon-
stracio. Est cum ita verbis res exprimitur ut ge-
ri negocium et res ante oculos esse videatur. Id
fieri poterit si que ante et post et in ipsa re facta
erunt comprehendemus aut a rebus consequentibus
et circumstantibus non recedemus. Hoc modo. Quod simul
atque gracchus prospexit fluctuare populum verente
ne ipse auctoritate senatus commotus a sententia de-
cessisset iubet aduocari concionem. Iste interea scele-
et malis cogitacionibus redundans euolat e tem-
plo iouis sudans oculis ardentibus erecto capillo
contorta toga cum pluribus aliis celerius ire
cepit illi preco audacionem faciebat. Hic subsel-
lium quoddam fregit pede et hoc alios idem primos
iubet facere. Cum gracchus deos inciperet de-
precari cursim isti impetum faciunt et ex aliis
partibus conuolant omnes atque e populo vnus
fuge tiberi inquit nonne vides. respice
inquit deinde uaga multitudo subito timore
perterrita fugere cepit. At iste spumam ex ore
eiciens anhelans ex infimo pectore crude-
litatem contorquet brachium et dubitanti
graccho quid esset neque tamen locum in quo constite-
rat relinquenti percutit tempus. Ille nullam
vocem edens insita virtute concidit ta-
citus. Iste viri fortissimi miserando sangui-
ne aspersus quasi facinus preclarissimum fe-
cisset circumspectans et hilare sceleratum
gratulantibus manum porrigens in templum
iouis contulit se se. Hec exornacio plurimum

quidem prodest in amplificanda et commiseranda re
in huiusmodi enarrationibus, statuit enim rem totam
et ponit ante oculos. Omnes rationes ho-
nestande et locupletande elocutionis studiose collegimus in quibus he-
renni si te diligencius exercueris et gravitatem et dignita-
tem et suavitatem habere in loquendo poteris ut oratorie
plane loquaris ne nuda atque inornata inventio vul-
gari sermone efferatur. Nunc identidem nosmetipsi
insistemus, res enim communis agitur, ut frequenter et assi-
due artis rationem consequamur studio et exercitatione quod ali-
i cum molestia tribus de causis maxime faciunt, aut si cum
quibus libenter exerceantur non habent, aut sibi diffi-
dunt, aut nesciunt quam viam consequi debeant. Que a
nobis absunt omnes difficultates, nam et simul li-
benter exercemur propter amiciciam cuius inicium cognatio fe-
cit, cetera philosophie racio confirmavit, et de nobis non diffidimus
propterea quod aliquantulum processimus, et alia meli-
ora sunt que attencius petimus in vita, ut et
si non venimus in dicendo quo volumus parva pars
vite perfectissime desideretur, et viam quam sequamur
habemus, propterea quod in hiis libris nihil preteritum est re-
thorice preceptionis. Demonstratum enim est quo res
in omnibus generibus causarum invenire oporteat.
Dictum est quo pacto res disponere conveniat.
Traditum est qua ratione est pronunciandum.
Preceptum est quo meminisse possemus.
Demonstratum est quibus modis perfecta elocutio
compararetur. Que si sequemur acute et cito
reperiemus, distincte et ornate disponemus,
graviter et honeste pronunciabimus, firmiter et perpetue
meminerimus, ornate et suaviter eloquemur. Er-
go amplius in arte rethorica nichil est. Hec
omnia adipiscemur si rationes preceptionis dili-
gentia consequamur exercitationis. Etc.

Marci Tuly Ciceronis
Noua rethorica Expliciat
Per manus Johannis
De Campenpes Anno
Domini 1479

Tractatus de nobilitate generis nuper editus per eloquentissimum Bonacursium de monte Magno

Apud maiores nostros sepe de nobilitate dubitatum est, quod alii quidem in felicitate generis, nonnulli in affluentia diviciarum, plerique vero in gloria virtutis illam esse arbitrati sunt. Que res quoniam et pulcherrima videbatur et disputacione dignissima, at non absolute pertractatam inveneram, statui mandare litteris et in hoc prestantissimum declamandi genus deducere, in quo maxime veterum etas delectabatur. Ubi mihi contencio Florentiarum causarum accomodate quidem et accuratissime tractari potest. Ad te vero princeps gloriosissime unicum seculi nostri lumen hanc de nobilitate contencionem his paucis mihi noctibus lucubratam merito preferendam existimavi, huius enim contemplacionis. Quod apud claritudinem tuam nobilitatis sermo haberi potest, nec cuiquam magis, quod tibi accomodatam haec oracio videtur, qui omnem profecto nobilitatis speciem complexus es. Nam si de nobilitate generis, felicitate animus, quis est hodie princeps intra fauces Italie, qui vel vetustate maiorum, vel parentum gloria tuo sanguine clarior videri possit. Si de opulentia diviciarum querimus. Amplissimus est tibi principatus, mirabili fide civium et summa eorum benivolentia firmissimus. Si de animi virtute opinamur, tantus tibi est virtutum omnium cumulus: quantum umquam animus desiderare potest. Quid enim de iusticia, religione, liberalitate, clemencia, pietate, fide, constancia, moderacione, ac prudencia tua proloquar, quibus clarissimum principatum agis, que tante et tales sunt, ut velut amor et delicie humani generis vocari possint. Sicut de Tito imperatore Vespesiani filio traditum est, quibus de rebus novam hanc et iocundissimam contencionem fieri mansuetudinis tue venerande conspectu latissime verum

Opus de nobilitate

maximarum interpres ac dignissime illustrium
factorumque censor

Etate illa florentissima qua vastum ro-
manum imperium adolevit claruit sena-
torii ordinis vir clarus Fulgentius Fe-
lix amplissimis opibus, honestate, amicitiis, ci-
vium gratia fortunisque omnibus locupletissimus, qui
ex uxore ex Claudia genitam eximie pulchritudi-
nis Lucreciam habuit unicam spem senectutis

Lucrecia

sue. Nam super prestantis forme claritudinem qua
omnes romanas virgines antecellebat, tanta erat
in ea vite moderacio, tanta morum honestas, tan-
ta vis ingenii et litterarum erudicio, ut nichil sibi
deesset, de muneribus etatis animo fas est optare.
Cuius itaque ardenti amore saucii inter complu-
res reliquos romane iuventutis vehementius in-
calescebant adolescentes duo, quibus par forma
et etas, dispares vero fortuna et mores. Alter
enim qui Publius Cornelius appellatur illustri

Cornelius

ex familia Corneliorum ortus omnibus pene for-
tune bonis affluebat, nam super generis clari-
tudinem ingentes sibi opes erant, atque his conse-
tanee semper amicie, clientele, familie, pote-
tatus; huic venandi, cantandi, psallendi omni-
umque pene studium erat. Alter vero Gaius Fla-

Gaius flamineus

mineus vocatus remissiori genere, honestis
vero parentibus originem traxerat. Opes autem mode-
ratas domesticam frugalitatem et ornatum
vero familiaritatis mediocriter habebat. Nec quamquam
fortune humiliores videntur, nil tamen remis-
sius agebant. Cuius animo florebit claro atque
illustri. Nam in officiis amicorum et patrie
curiosissimus erat, bello ubi opus videretur
strenuus, litterarum vero solertissimus, ita ut
neque arma studiis neque armis studia dees-
sent. Vite vero moderatione, prudentia atque facun-
dia pollebat supra quam in adolescente credi-
bile videtur, quibus egregiis virtutibus rome
clarus pollensque habebatur. Hi cum simul
una convenissent, Fulgentium Felicem adierunt

A quo ad modum comiter suscepti gratiam quoque
quod Lucretiam uxorem petit / prudentior
senex ubi illam nubilis etatis videt / filie
adolescentum causam exponit et cum amborum mores
atque ingenium animadverteret alterum ex his
petere illam iubet. Virgo primum pre pudicicia
reluctans / cum denique diligentius pater in-
pareret / paulisper se tacitam continuit / dem-
que ad genitorem quisquis nobiliorem inquit ex
his pater tibi generum facio / atque is in sponsum
incommutabilis electus sit / Quamobrem hor-
ta inter adolescentes controversia quisnam
eorum nobilior esset / cum rei novitas mi-
randa videbatur / cum magna frequencia po-
puli contendentes in senatum deducitur / ubi de
nobilitate huiusmodi sunt sermones

Si ex nobis Lucretia nobiliorem
petit quis verum est patres conscrip-
ti. Qui non apte intelligat
publium Cornelium / Scipionem / ex illustri
Corneliorum sanguine genitum huiusmodi con-
tencionis gloriam tulisse. Nemo enim dubitat
eam esse nobilitatem / quam ex illustri orig-
ne maiorum accepimus / Illi enim eam posteris
suis tamquam hereditarium munus relinquunt
Nam cum rebus clarissime gestis / disciplina
moribus / virtute / gloria / que illustrati in
re publica fuerint / et clarissimum nomen adepti /
et summos honores maximosque magistratus
consecuti / profecto ipsi suis artibus / et rei publice
munere nobiles facti sunt. Quorum etiam
nobilitas recordacione omnis eorum posteritas
decorata est. Nam si ex sanguine et membris
ossibus atque visceribus meis in lucem eduxi liberos
Quid aliud dici potest / nisi ipse ut nostri corporis par-
tes / Necesse est igitur parentum gloriam in liberos tam-
quam in partes suas defundi ac postea a liberis
in omnem deinceps posteritatem / Hinc parentum
ymagines in ipsis liberorum vultibus quasi insite

Hoc quibus ... transit nobilitas parentum in filios et ... diffundi

Atque ingenite / tanta quidem aliquorum corporum similitu-
dine composite sunt / ut nichil pene dispar cerni
possit / ita ut plerumque in illis parentes renati
videantur. Adiciuntur non nunquam mores liberorum simil-
limi et eadem pene ingenia / et corpore vite cultus
Adiciuntur insuper communes educationes / domesti-
ce consuetudines / et assidua dictorum factorum quoque
conversatio / quibus assuefacti aliquorum exterorum animi
alliciuntur / quibus profecto hominibus constat ma-
ximam consuetudinem naturam quoque in liberos ve-
hementer vim suam imprimere / ita ut plerumque vitia
maiorum posteritatem suam quadam cognatione detur-
pent. Virtutes vero mirabili quodam splendore
decorent atque illustrent. Magna in me oratio
copia foret / nisi longius oratio distraheret /
eorum qui claris parentibus nati confestim omni-
no ipsi quoque nominati sunt. Quis enim honore pris-
ci Furii Camilli liberos non clarissimos ne indi-
caverit / qui cum patria in hostium manus incidisset
solus urbis incendium extinxit / solus reipu-
blice incolumitatem reparavit / quis Deinde
reliquos. quos aut Fabii aut Cathones aut
Emilii genuerunt / non maxime dicet gloriosis-
simos quorum virtute populus / romanus / tot maximis trium-
phis totiens aut defensus est aut illustratus
quis non iudicabit nostram rempublicam / eorum
maxime liberis debere / qui pro re publica tot ingen-
tibus periculis vitam fortunasque omnes suas
exposuerunt. Nam si eorum parentes bene de re publica
meriti sunt / maximosque illi honores ingentem-
que gloriam attulerunt / utique ingrata foret pa-
tria nisi illorum memoriam semper velut ce-
lebrandissimam colerent. Itaque maiores
nostri ne ingrati viderentur publicas sanxe-
runt legibus / ut hiis qui vel domitis hosti-
bus vel fusis exercitibus vel provinciis sub-
actis victricia gloria in patriam redibant / post
felices triumphos / quibus quasi dii immorta-
les honore publice afficiebantur Sculpte yma-
gines ponerentur pro rostris. Curtus denique

triumphales constituerent / quibus eorum nomina
sempiterna laude omnibus deinceps posteris
paterent / et egregiis titulis fierent memo-
randissima. Deinde arcus illos atque illas
ymagines merito institutis diebus / populus romanus
venerabatur. Et enim sculptilia ficto quodam
artificio signa victoriarum illustrium dissimula-
bant. In hiis autem natura veras parentum
ymagines ostendit. Illi quidem inanimati
lapides nichil amplius rei publice prodesse possunt / ho-
rum vero vita imitatione maiorum propulsare
incomoda. Hiis merito dantur tribunicie
consulatus. imperia / dictature / et omnes
rei publice magistratus. Et si qua rerum hu-
manarum cura est / postquam hinc exutis cor-
poribus nobilissimi spiritus evolaverint. Nichil
hic profecto beatius aut dulcius illorum ani-
mis afferri potest / quam ut ipsi eorum liberi
reliquie recordatione maiorum et maxime
rei publice muneribus / imperiis que venerentur.
Vidimus enim si quam habent voluptatem /
hii qui ex hac decedunt vita / totam quidem
ad liberos esse conversam / nichil enim sapiunt
aut cogitant / nec animo sese mori arbi-
trantur / si quidem illi superstites sint / nec ani-
mos sese ab humanitate derelictos / si quando
ipsi in humanitate quadam suam adhuc viuen-
tem porcionem relinquunt. Quibus de rebus
si tantus est in liberis parentum amor ut nul-
lus maior in notis mortalium / cogitari pos-
sit / si tanta spes est eorum in vita / in morte
vero voluptas / atque etiam post exitum vite re-
cordatio / manifestum esse constat maiorum
meritis maxime eorum liberis patriam debere /
Illos preterea parentum gloria venerari / et colere
atque eam gratitudinem exercere in posteros
quam non prestere in parentes exercere potuit /
Hoc est igitur summum nobilitatis genus ma-
iorum suorum egregia facta dicere / posse illorum
beneficiis petere honores publicos / posse glo-

Preterea in se se quoddam inter vendicare posse nisi
cum se se partes ipsas corporis vacare / et claris-
simas in suis vultibus eorum imagines oste-
dere / hanc utique nobilitatem veram sibi vo-
cant / quos enim alios nobiles appellat vulgus
nisi quos nobilissimi parentes genuerunt / Vn-
de qui litterarum studio eruditi sunt . homines
nobiles dicunt gloriosos / quasi in gente nobili-
tatis sint . Hanc preterea generis nobilita-
tem opum affluentia decorat / quibus fami-
lie ac domestici apparatus floridiores fiunt
excelciores quoque amicicie confirmantur necessa-
riis quibus nec alieno presidio est opus / suo
quisque arbitrio favere et benefacere possit /
Summum est enim fastigium nobilitatis liberali-
tas / qua fructus in alios qui exercere ni-
titur / cuius necessitati sua satis non sunt
Necesse est igitur qui vult esse liberalis / bo-
nis fortune affluere / Tunc enim liberalitate
nobilitas clarescit fit que plurimorum gratia
ex beneficentia prestancior aliis unus hic
pulcerrimus splendor nobilitatis obscuratur
et desinit cumque quis nobilis cum sepe numero li-
beralis esse non possit . Quot enim doctissi-
mi viri inopia rerum despecti . viles que ha-
biti sunt quorum excelsa et generosa nobilitate
necessitate rei familiaris penes multa de-
serta interire . quorum virtus lucescere non po-
tuit exposita semper ad questus vite necessa-
rios / Itaque maximum prestat adiumentum
de nobilitatis decorem affluentia bonorum
Qua quidem expositus ad virtutem animus effi-
citur prestancior / et virtus ipsa clarior videri
possit . Quibus de rebus si in genere atque in
opibus nobilitas est / Nemo vestrum dubitabit
patres conscripti / quin maximus huius ur-
bis splendeat in me decor nobilitatis Cuius
enim maior meis fortunis probat repu-
gnavit / quis magis in orbe terrarum huic di-
tioni imperium subegit / quos celeriores casum morum

Sic quod scientia faciat ad nobilitatem

Genus

Liberalitas

calamitates q3 meas ppulsat · Alt' em domita
Asie regib3 exterisq3 nacoib3 subactis etern-
um Asiatici nome adeptus e · Alt' vo consta-
tem incendio armis italiā · ac pq canen-
sem pugnā nobilem meis calamitatib3 vrbē
hanc / ipā ingemiscetem · Incredibili v'tute
liberauit / atq3 illud exiciale incendiū kra-
thine stirpis hanibalem tot victoriis / exul-
tantem summa / primū industria ab orīs Ita-
lie reuocat' · Demq3 armis reuersus priam
fulsit atq3 vrbem illā / carthaginem nri
semp imp'ij inimicissimā ad ab iniuria re-
pressit / vim etiā fortiter hinc reip' subegit
vnde p'gea mlto Affricani nome institutū
e · quod etiā Scipioni suo · qui post Cartha-
ginem ipām iam reluctatem deleuit quasi
reliquit hereditariū / preteo reliquos quo-
rū v'tute atq3 gl'a ciuitas nostra tociens
decorata est · Ne uerū si res clarissime ge-
stas memorare vellem equidem ignorare
extructū orōni / Illasq3 libencius taceo qm
note sunt vobis · Primus em est in hac vrbe
locus maioz nroz temporalibus titulis
decimus / quod templū e / qd nos illis ab
iam directis spoliis reluceat / que delubra
que nō illoz crebras / et gloriosas imagies
ostendant / Sed que tanta et talia sunt no-
bilitatis monumēta / quanta et qualia cui-
quam mortaliū fas est optare · Est igr in ipa no-
bilitatis possessio relicta atq3 a maioribg me-
is q̄si hereditarie sit ingenita · Illoz imagies
nostras illi gestabat habitus hec facies
in eoz vultibq3 lucebat · Ego illoz sanguinē
Illoz membra / atq3 illoz formas in hac eadem
pagine corporis refero · Ego ab illis ortus et
in eoz diu laribus educatus / atq3 adulta
moribg / ac nām insitam eoz habeo nobi-
litatē · Si quid illis iure p̄ tot beneficiis
patria debebat / in quoq3 ipoz posteros de-
bebat necesse est · Si in honores impiū · Si

magistratus ultro exibent. erunt merito in
imperio quodam iure vendicata. nihil quo grati-
us illorum animabus effecto celebrari potest
Denique ad ordinatas diviciarum opes diviciarum
tantas est meorum cumulus a maioribus meis
relictus quantum cuiusque animus desiderare
queat. Sunt in primis paterni lares amplissi-
mi et honoratissimi ut nec regalibus cedant
edificiis. Est in suburbanum in tusculano ame-
nitate pulcerrimum. Sunt etiam campania in
agrorum colonie opulentissime quibus non mo-
do unius domus familia sed ingens pene ex-
ercitus nutriri possit. familiares vero apparatus
ac domestice suppellectilis auro et ebore di-
stincte omni pene populo romano cognita sunt. Est
igitur procul dubio in tot felicium rerum digni-
tas illustre quoddam ac clarissimum decus nobi-
litatis, ut neque in hac urbe omni parte dyrem
facte maior inveniri possit. Sileat itaque fla-
minius et in hoc certamine nobilitatis de-
sinat petere lucreciam non modo me genere
et opibus inferior sed cuius pene nec origi-
nem scimus neque vix tibi agellum habeat quo
vivit. Mea igitur iure nobilis lucrecia est que
me flaminio nobiliorem ac sue pulcritudinis
meritis elegit. Tu vero sapientia dulcis lucrecia
letare. non enim tibi clarior aut fortunatior
sponsus optari poterat quam me tui amatior fo-
ret. aut tu quo felicius etatem ageres. De-
ducam te in amplissima celsaque atria mee
domus videbis singulares thoros quam regias pul-
critudines feres ornamenta puellarum electissi-
ma qualia tu ipsa optare poteris nullus
tibi erit popularium exercitationum labor vitam
dulci ocio produces. neque feminarum quottidiani
questus durus solicitudo excitabit invenes libe-
raliter ut valeas vocari cantare [illegible] venari
ei omnis tibi studium erit. habebis comites
tuarum voluptatum virgines ac pedissequas que
singule votis tuis obtemperabunt. Nullus tibi

dies vacuus pteribit. Noctes vero simul felicissimas
agemus que omnia flaminius cum illis ipse ca-
reat ex inopia sua sponde non posset. Enim-
ymo tibi fuisset cum illo vita omni miseria tristior
erat pro regijs et edificijs angusti lares ha-
bent. pro magnificis apparatibus supellectiles
populares pro ocio sollicitudines pro quiete labor pro
somno vigilie. Nullus liber dies a laboribus com-
munis opum quottidianarum esset. Quid igitur
dubitat lucrecia quod me sponsum optare voluisti
tu nobiliorem eligis vix hanc tua sapientissima
oracione aptius loqui preces esset. Si corneliam
appellasses caute aut et desiderio et pudicicie
tue consuluisti. Nam tu quam puellam honer-
state pudet cornelium dicere me nobiliorem vo-
casti imprudentissimum est aliud extimare quis
enim credet te pro tranquillitate sollicitudinem pro
opulencia inopiam pro felicitate miseriam desi-
derare. Vos igitur patres conscripti pro magnitudine sena-
torie dignitatis equum id delibus sinamen dicite

Magna in gloria est patres conscripti cum
de nobilitate orationem habiturus sum
apud vos animos vestros nobilissi-
mos dicere. Nusquam enim tam nota
alibi aut tam excitata nobilitas est. Itaque gr
m est iocundissimum quod in tanta etate annorum in tan-
ta rerum cognitione in tanta sciencia virtutis nil inui-
rum expectari nil obscurum dici nil denique in-
explicatum tractari potest. In hac vero gerousia patres
conscripti nova quidem at vigilantius ent-
tandum est quam in privatis rebus cuius est hec omni
pene gentium atque omni pene seculorum quod spectata
et eterna lex quod sanctissimo ordine vestro senatus con-
sulto promulgabitur. Videtis enim patres conscripti concentu-
dinem maximum hodie in hoc iudicio tocius populi romano
expectacionem. Videtis omnium animum exterorum et o-
vacionem in vos esse conversam id non mirum procuidum
est videre cum iam racionem lucrecia esse dicat
Si quis nobilior indicandus sit. Vos igitur hanc veram

lume oro atq obtestor rei magtudiem anim:
adute qmgm in omi re iusticia pit suanda
sit / tu vo maxie considanda cu de sumis ac
spectatissimis rebus agit / Ignosci at queso p c
solito acrius ornati aut pter csuetudiem mea
vtentes fortunasq meas comedivtu y masue=
tudie ac paciia vra indulgete / Nō em vsita=
tu officiu in e d me ipo pdicae / aut cuiqm ma=
le dice / Nimi em imodeati e animi / aliud im=
paciet. Vm ad id pmo me cohibet nouu hc
dicedi genus / deinde cuiq insolencia Cornely
paru honeste de me antea loquit tu ad mo:
destia mea vbis lacesse libuerit. hoc m eque
adiumentu dedit / ut fortit in improuidencia
suam compone liceat. Audistis pres conscpti
nobilissime Lucrecie pspicacissima contom / vti
vtrm nobiliorem elegit / Orsus e itaq Cor=
nelius / ut se nobiliorem faceret / in gene atq in=
opibus ad scibere nobilitatem / Preterea maioz
suoz forcia facta pdicauit ingentes ne si=
bi opes aparentibus suis relictas late pate=
fecit. Hec tota eius oraco continuit. De se vo
nichil comemoans / qm nichil memoratu
dignu videbat / vitam moresq suos sile=
cio preterijt Ego vero non in aliena gloria
aut in falsis fortune bonis / Sed in ppria
vera q animi virtute homis nobilitatem
existimo Nichil em aliud est nobilitas / nisi
excellencia quedam qua digniora in dignior=
ibus pstant Sicut igitur homo animi pre=
stancia dignior est reliquis animalibus Ita
quidem claritudine animi homo homi ante=
cellit. Nam cum optimis artibus diu exer=
citatus animus. Justicia. Pyetate. Constancia
magnanimitate. moderacone / ac pruden=
cia claruit / cum bene de dys immortalibus /
de parentibus de amicis de cognatis / ac de re
pu meruit / cum in scitissimis lrarum stu=
dys educatus fuerit / tum profecto preter
ceteros / nobilis / pollens / illustris et clarus hēt

nobilitas ex ppria
virtute sistit

Quid est Cornelius ipse cum de maioribus su-
is loqueretur paulo ante dicebat. Contra vo-
cum pessimis artibus corruptus / ad nequiciam
crudelitatem / ad ignauiam. ac discordiam /
ad intemperanciam / ad iniusticiam se tradiderit /
cum nulla fuerit rerum diuinarum cura / aut
parentum pietas / aut amicorum beniuolencia
Nonne apud omnes miser. ignobilis / turpis / abie-
ctus ne iudicabitur. Constat igitur ex sola ani-
mi virtute veram nobilitatem defluere / non ergo
diviciarum cumulus / aut amplitudo generis
dare aut accipere nobilitatem potest. Est enim
propria sedes nobilitatis animus / quem imperatrix
omnium natura / non ex maiorum peculiari hereditate
Sed ex fastigio illo diuinitatis ab origine quidem
eque cunctis mortalibus infudit statuitque
illum quasi hominis vite principem et veluti
quandam speculi lucem / cui si pulcras y-
magines ostenderit pulcerrimas quidem re-
fert. Sin vero turpes / etiam turpiores ipse vi-
debuntur. Sic itaque mortalium animus est
purus quidem ac liber ad suscipiendam nobi-
litatem ignobilitatemque dispositus / nemo in
hoc optimo et prestantissimo munere humani-
tatis / nature largicionem accusare potest. Equalem enim
singulis hunc animum prebuit / neque generis ne-
que potencias / neque divicias animaduertit /
Nec quisquam itaque tam inops / tam vilis /
aut tam abiectus est / ut ab inicio nascendi
non prius regum aut imperatorum filiis ha-
bebat animum. Cui non illum splendore virtu-
tis atque ideo nobilitatis gloria decorare possit
Nunc forte in hac causa frequentissimis exem-
plis / quid dicam de hiis qui humili loco pa-
rentibusque abiectis orti confestim clari nobi-
lesque euaserunt / quorum michi tanta ubertas
suffugit ad dicendum quod hec dies vix satis
videtur / attingam autem pro re paucissima et
primum nostre urbis adolescenciam. Marcus Tu-
lus Hostilius nomine agreste tugurium ~~habent~~
habuit

nobilitas in sola virtute e[st]

Cuius parentes pene cogti / nome illi diu pasce-
di pecoris fuit cura / deinde nome tantu illi
clarnit ingeniu / vt ad summu tunc huius vrbis
imperiu pduxit · hic etia vrbem amplificauit
Vestes et fide natos prius inee inimicissimos po-
romano subegit · Nome tulius et Serui-
lius in seruitute natus atqz adultq summu
inde huius imperij fastidiu habuit / in quo tam
eggie vsatus e · et ut Sabinos subiceret
triumphu aget / et tres motes huic vrbi
adiungeret et dignitatem ingratum agere
meritus fuerit / Marcus vo porcius Catho
a quo porcie gentis proles cognomen atqz
originem traxit apud Tusculanu vicu ag-
sti quidem tuguis natus est / huius tata
tn fuit in hac vrbe dignitas / atqz antoi
vt omes seculi sui pstantes viros antecellet
pfecto clarus / rei p salutaris no minq et
liraru qz milicie curiosissimus · hic i ta-
ta ciuiu venacone fuit / vt sapia sua se-
natoz ordinem auxit / et ipam quoqz se-
natus maiestate suo splendore decorauit ho-
rie Marium humi sup crepidine iacentez
a partibus infimis pene sordidissimu ortu
traxisse nominq / deinde tanta i eo pbitas
et vtus floruit / ut in bello Iugurtino primu
Marcelli consulis questor fuerit / deinde ipi
i consulatu successit In quo tam fortit vsatq
est · vt Iugurtaz ipm et totiu mauritanie
regem · qui auxiliu Iugurto tulerat / primu vi-
ctos fugauerit / deni multa oppida Numidie
ceperit / tandem capto Iugurta p romanu
ante curriu producto ingenti glau triumphat
Postea cu Cimbri copias romanoz disiece-
rent Ita ut timor grandis rome oriretur
quantus vrbi hanibalis tempore fuit / ne rur-
sus Galli vrbem inuaderent ium contra
Cimbros marius consul designatus est
et consulatus etiam quia id bellum pro-
trahebatur pluries est dilatatus / quibus in

Tandem victus ac disiectus infime rome triumphum
egit Socrates vero vnicum decus humane sapiencie
cuius doctrina omnes phylozophorum scole illustrate quo
nemo vnquam mortalium doctior aut sapiencior apo=
linis oraculo iudicatus mr obstetrix et marmo=
rarius pater genuit Euripedes aut qui carmen tra=
gicum elegantissimum reddidit at demostenes suo=
rum illustris et oratorum grecorum eloquentissimus a=
bo parentes non modo uiles verum ignotos habue=
runt Quis igitur ingenii corporis tot illustrium
virorum claritudinem sordidam aut ignobilem
dicere ausus erit necesse enim est ut aut nun=
quam mortalibus esse nobilitatem aut illos omnes
fuisse nobilissimos quorum ingenia vires in=
dustrie et optimarum artium disciplinae non modo
preter ceteros nouerunt sed pene usque ad diui=
nitatem produxerunt Neque tibi licet contradicere
Corneli qui maioribus tuis ex eorum virtutibus
par inicium nobilitatis dedisti Non itaque contra=
hitur ex genere nobilitatis verum ex insita ani=
mi virtute alias nunquam illi nobiles fuis=
sent appellati quorum ortus tam tenuis co=
pertus est Sicut nec contradicere possumus
Multi enim clarissimis viris geniti adeo fla=
gitiose ac turpiter vixerunt ut eos non
modo illustres verum obscuros vocari iniu=
tum sit Referam primum maiorum sordidas
tuorum reliquias Superioris Affricani fi=
lius Scipio nomine preclaram probitatem igna=
uia sua superauit qui ab anthiocho rege
captus turpissime supplex adiunctis ma=
nibus precarium vite spem rogauit Hic et
cum C. po. Ro. non qui suus sed Cicereius Ci=
therei qui prius scriba fuerat preturam
semel impetrasset ad propinquorum suorum fa=
uorem habuit ut nichil undique dolentius
audierint Et tu verebaris ne aliquo flagicio
dignitatem publicam labefactaret et ita Cor=
neliorum familiam pollueret nunquam illum
ius dicere aut pretoriam sellam in publico ponere

pulsi sunt tanta sciebat in eo imprudenciam
atque secordiam / publius etiam Lucius Scipio
bestia cum in numidia contra Jugurtam consula-
tum ageret / et qui reges Aderbalem et Jemsa-
lem regis quondam Micipse filios amicissimos
populi romani in contemptum senatus inique trucida-
uerat. Sic ignaue exercitum duxit / ut magis copie
sue miserius / aut flagiciosius vixerint / denique
consul ipse a Jugurta pecunia corruptus pacem
cum eo fedissimam fecit / quam illico senatus reprobavit
et consulatu repente abdicatus est. Quid hac
ignominia Corneli turpius aut detestabilius
inveniri potuit / quid dicam de imprudentissimo
adolescente quinto fabii maximi allobrogi fi-
lio qui cum vitam miseram et petulantissimam
ageret / non sibi profuit paterna claritas
quin sibi quintus pompeius pretor urbanus ad
instar furiosi bonis ~~interdiceret~~ diceret. Quid
etiam de nepote / quinti hortensii viri qui in ci-
uitate nostra auctoritate et eloquencia clarissi-
simi qui ad tantum vite dedecus luxurie atque libi-
dine deductus est ut mediis in lupanaribus
et publice penes impudicicia prostituerit /
Putas ne Corneli hos nobiles esse appellan-
dos / quorum vita prestancius lumen nobilitatis
extinxerit / quod si sibi maiorum suorum egregia fa-
cta proderant / quid si precium imagines quidem
et domesticas educaciones commemoraverint / an
putas etiam id quemquam laudis eorum flagitiis af-
ferre / aut vero tu credis dites turpitudinem
suam detecturos / eo profecto cum [illegible] qui
virtutis exemplum quod ante oculos habebant inuise
et nequiter deseruerunt / neque illud censeo
nomen talibus lasciuis hominibus pretium honesta
in re publica deberi quod illi ornamentum erat civi-
tatis / hi vero turpissima labes reipublice / illi quidem
patrie honorem atque incolumitatem afferebant
hi vero dedecus atque periculum civium conglutinabant
illi etiam variis cladibus conlaceratam provide
aut dubiis quoque periculis civitatem virtute

quod filii egregiorum nobilium [illegible]

Atq industria libabant / hii vo pacata ac resp=
esse(n)tez scele ac nefaria turbare / everte inte=
batur · Gl(ori)a igit sit immoderata Illud hoim mita
nimium sanctius foret re p · huiusmodi civibus
carere · Nimium eoz et parentibus dulcius ro
gemuisse · si etiaz ad eoz amias talium libe=
rum nomen pervenerit / cu magis in vita priciosum
dilexerint · Illos quidem e societate mortalium dele=
dos et in ultimos cruciatus veluti perniciosos
et inutiles cives abiciendos putarent · Multi
iaz in hac re p · scelerati liberi sine patre da=
nati sunt / cuius rei exemplu e primus vindex libertat
Brutus / qui consocios coniurationis filios necari
fecit · Itez et Cassius qui filium affectantez imperium
po · ro · verbibus cesum necari mandavit / Deinde
Mallius torquatus civis nr clarissimus qui
cu filius eius Decius Sillanus de pecunys re=
petundis apud senatum accusaretur · solus eam cognit=
tionem suscepit / postea comperto crimine ita de fi=
lio pronunciavit · Cum Sillanum filium meum in=
imicum pecunias in provincia decepisse constet
Non iniuria paternis laribus / et rei pu / inu=
re et omni civium societate indignum iudicem
Nos igitur mos optimi patris flagiciosos libos
diligere verum abicere / et abhorrere / nullius ergo
beneficij parentis illis in pena debetur / si quidem
nulla meis venire pena virtus · Sicut enim
splendor magnus in obscura speculi facie re=
lucet · Ita neque in perniciosis / aut sceleratis libis
suez virtus splendere potest / frustra igitur putas Cor=
neli meorum gloriam in posteris hereditatez facere=
Et nobilitatem quam pertulimus relinqui / virtutis
enim ac virtutis sacra nobilitas proprio labore
queritur / neque enim virgis constare potest omnibus hec iacta=
cia ista generis clara laude portat res sua / et sa=
pientia acta et virorum posteris a maioribus clare
accipiunt sibi propria ce illorum vendicat nobilitatem eius
propria sedes e animus cuius nulla pro posteris relinquitur
Denique si uos eruditi generosos vocare utique recte
diceret si probi sunt / Sic enim plerosque viventium vitam agunt Su

scelerati filij

Ciui nobiles q(ui) pauperes fuer(un)t

no ed pribus Corneli q(ui) si ignaui sint aut socor=
des et eos eruditi degeneres dicat q(ui) tu a
gl(ori)a et nobilitate maioru(m) alieni sint. Ex quo p(er)
spicuu(m) stat nobilissimis parentib(us) ortus et dege=
neres deduci posse. Ne quid in hos sentiat ign(aru)m
vulgus existimadu(m) reor q(uia) maxio(r)es sepe in erro=
res dilabit(ur) cuius opinio raro cu(m) sapi(enti)a con=
venit. Nunc vero ad nobiles et gl(ori)osos p(re)veniamus.
Quis enim Marco Agrippo pauperior fuit vir
q(ui) p(re)stanti actu(m) nro(n) reip(ublice) clarissimo cuius
cu(m) publici census instituere(tur) nichil in pri=
monio inventu(m) est q(uo)d in erariu(m) deferri
posset. Nonne Valerio Publicole qui ter con=
sulatu(m) gessit sep(ultu)ra (con)gestissimu(m) reip(ublice) sumus ex pu=
blico institutu(m) e(st) q(ui) nulla(m) in morte pecuniam
relinquerat. Quid Lucium Cincinnatum vitam
rusti agentem ac serentem agros nonne ad su=
mu(m) imperiu(m) p(o)p(ulus) Ro(manus) vocavit qui tante virtutis
fuit ut cum penestrini ad menia urbis castra
posuissent, non mo(do) urbem obsidione libera(vi)t
Albiam fusit. Deinde octo civitates que pe=
nestrinor(um) belli socie fuerat atq(ue) ipm pene=
stre aggressus in deditionem accepit. Que
o(mn)ia ab ipso t(ame)n in viginti diebus confecta sunt.
Excita fuit deinde Actilii Serrani gloriosa
paupertas que cum etia(m) semen agro spargen=
tem ad co(n)sulatu(m) suscipiendum senatus re=
vocavit. Ille deposito aratro tam fortit(er) copi=
as delevit ut salutem reip(ublice) co(n)ferret. Neq(ue)
dignitas consulatus neq(ue) delicie civitatis
neq(ue) adepte in bello opes co(n)tinuerunt quo mi=
nus ad dulcem sui agellum atq(ue) rusticu(m) op(er)us
suu(m) rediret. Hos ne igitur clarissimos viros
q(ui)bus ex tantis dictis tantus splendor virtutis
relucebat in paupertate atq(ue) inopia viventes
ignobiles aut miseros dicemus. Erit ne q(ui)s
q(ui)squa(m) tam expers rationis qui non illos nobi=
lissimos vocet q(uo)r(um) virtutis nobilitas reip(ublice)
servata est. Patet igitur ut cum paupertate
nobilitas ut cum nobilitate paupertas co(n)stare

possit / Ne quis putet honesti et gloriosi pauperis nul-
lam esse liberalitatem. Cum enim viri illi clarissi-
mi patriam tuebantur / ac ei noua imperia ge-
rebant / tum pulcherrimis muneribus rei publice amicorumque
oportunitatibus subueniebant / tum ciuium suorum iniu-
rias propulsabant / Hone id summum liberalitatis genus
videbatur / qui enim peculiaribus comodis exercet
liberalitatem equidem non vituperandam esse censeo
si in paucis potest esse liberalis / necesse
est enim ut ad benefaciendum tanto impotencior
fiat quantum ex patrimonio detraxerit / At qui de re-
bus publicis aut priuatis ope atque officiorum
desse nititur / tamen in dies liberalior esse potest
quanto maiorem in re publica auctoritatem et
quo plurima presidia frequentibus beneficiis
adeptus est / Magna ergo esse potest Corneli
honesti et clari pauperis liberalitas / neque in-
opia quidem ab illo adimit nobilitatem / Nul-
lum virtutum quidem aufert modestia pau-
pertatis. Namque hoc pulcherrimum munus ho-
mini eque a natura tributum esse ut quamque
virtutem consequi possit / cuius sedes impene-
trabilibus animis sita est / non in temeri-
tate fortune / neque ulla sors est aut tam
acerba / que quidem homini eripere virtutem
possit / neque ulla tam florens aut tam iocunda
que ignauo et secordi gloriam valeat afferre
Nam si fortuna virtutis esset inicium non enim
mea foret / sed aliena rerum bonorum genera-
darum electio. Quamobrem desine iam Corne-
li existimare. ut. virtus / libertas. atque nobili-
tas quibus opibus careat / Vera autem hominis cla-
ritudo nulli casui subiecta est / Item viri
excelsi quos supra memoraui numquam in paup-
tate illa nobiles fuissent / quorum tamen nomina
quasi omni speculo celebratissima . po / ro / ve-
nerabantur / Curius de rebus patres conscripti
si clarissimi viri flagiciosissimos aliquando
liberos edunt / Si ex abiectis parentibus liberi
aliquando oriuntur gloriosissimi. Si in paupertate

atque inopia vincentibus maximus non minus refulsit
sit virtutis splendore. manifestum est nullas esse divi-
ciarum aut generis nobilitatem verum animo libere
ingenuus nulli flagicio aut turpitudini ser-
viens atque in optimis artibus exercitatus profecto
nobilis clarus pollens quoque dici debet. Itaque de
nobilitate agimus / tota contra nos de virtute con-
tencio voluitur / in qua re mallem patres c[onscripti]
alium pro me dicentem anteponere / ne cum de meis
loquor laudibus procacitatis vicium induisse vi-
dear. sed hoc in procinctu est quod equissimos vos
animos et manifestissimam communitatem vestram iu-
dicem / quod utriusque vitam omnis intelligitis / unde
neque falsa nobis predicare possim. neque vera
quidem obesse debeat. Ego igitur ubi ex infan-
cia primum adolescere cepi etatem meam omnem dul-
cium litterarum studiis accomodavi / deinde aliquan-
to pubescencior magnam adolescencie mee par-
tem in philosophia consumpsi cuius doctrina nescio
quid in vita mortalium laudabilius intueri possit
In quo studio non modo latinos preceptores ha-
bui / verum eciam athenis / illos enim optimarum
arcium grecos principes adire libuit / in quarum
disciplinis quantum profecerim aliorum sit iu-
dicium. Ego de me hoc tamen dicere possum / quod nullum un-
quam michi diem vacuum / neque ullam illucubratam noctes
preterire. Erat enim infusa a natura quedam studii
cupiditas ut nichil tam cogitacione dignus inge-
nio meo videtur / affluebat enim undique copia
preceptorum / et celeberrime discipline. Inter quorum
sapienciam educatus nullus effici poterat ignavus et
indoctus animus / ac tanta fuit in doctrinarum ac
bene vivendi excitacio / ut nichil nunc quod in-
honestum sit desiderare queam. Itaque vicia mee
vite non modo molesta / verum eciam contraria semper
fuit / dulcissime vero semper virtus / deinde
intelligens scientiam cum fore mortalium in-
genia / tum ad rem publicam accomodatum totum me
rei publice concessi. nec umquam postea illius
salutem et amplitudinem cogitare desii. nam

laboris pertinescerem / nil periculi / quod illi gloriam et incolumitatem parere posset. Itaque dum proxime superioribus annis undique pirratice maria infestabant / et gneus Pompeus cum rostratis navibus concessisset ut contra Orantem quendam pirrarcham alcius inimice classis ducem confestim dimicaret / non illum ingenti conatu resistentem cum omnibus suis copiis summa ope superavi / Nonne etiam in bello Mitridatico eiusdem imperatoris miles totus vallarem tociens muralem / tociens civicam ~~amoenam~~ coronam habui / quid vero adeptus sum / quod in consolatum militaris gloria cuique afferre potest et ita clarus adolescens / deinde ut tum senescens non inutilis / rei publice civibus iniscisse videar. Porro neque autem a me amiciciarum sit cultus. Nos dulces amici mei undique circum astantes sunt / Atheniis novistis quorum optimitatibus nunquam defui / tum in rogatu assistens mihi nunquam homini beneficiorum meorum parcus / fidei et pietatis atque amoris affluentissimus / quadobrem veri in mutuis amoribus animis evenire solet omnium in gratiam benivolenciam quam coniunxi / Nemo est in hac urbe quin immo in orbe terrarum quem inquam me odisse norim / nisi forte sit hostis rei publice romane. / Hec demique summa est meorum operum in re publica strenuissimus / domi iocundus. foris officiosus / in studiis vigilantissimus. in parentes pius. carus in propinquos / in amicos fidelis / in rebus vero divinis sanctissimus venatissimus fore studui / Hiis itaque artibus semper putavi nobilitatem consequi posse. Hiis etiam nobis existimavi clarum effecisse animum / ac profecto Corneli tuo clariorem / quales enim mores tui sint / quales vite exitus quo unquam in vita initus es. ut ante me nobilitatem venditare velis. quod ullum unquam absiste nostra res publica beneficium novit / qui hactenus in ea ita vixisti ut non dum natum te intelligat / quis mortalium est quem te unquam tuo quam proximo sit usus / in quem umquam hanc tuam / quam adeo extollis liberalitatem exercuisti / nisi

Extra nobilitatis

forte meretricibus et in omni impudicitia pro-
fundes quibus sic domum tuam illam clarissimam et fa-
miliam omnem tuam constipatam habes. Existimas
tu maxime clarum fieri cum illum scortorum grecorum
ducis atque in voluptatibus ciuis illius turba te v-
dique conseptum vides / cum inhonestis amplexi-
bus turpi luxu ac fedis ebrietatibus volutaris /
ac cum ita immias maiorum tuorum egregia facta
prodidisti / fatebor equidem in nostra ciuitate illorum
claritudinem maxime celebrandam fuisse sine
floruisse / verum hac recordacione imprudens ma-
le vel tuam ignauiam detegis / nichil enim detesta-
bilius nil miserius quam in tanto splendore virtu-
tum etatem ad eorum maximorum maiorum tuorum exem-
pla et ad bene de re publica promerendum veluti ante
oculos illustrissimum [illegible] videbant ut fa-
cillimum tibi fuerit in tanto sic fulgore maiorum
clarescere / tu vero quasi a clara luce medias
in tenebras demersus es / deinde putas in re p-
ublica nitere / cum tu illam tuis flagiciis de-
turpes putas illorum beneficiis claritudinem con-
sequi / cum tu ipse ignauus sis / putas som-
no quiete / et otio / epulis libidine atque impu-
diciciis gloriam querere / quam illi tot laboribus
vigiliis continenciis fame siti estu algore
casibus atque periculis quesiere vehementer
erras. Necesse est enim ut si egregiis titulis
fulgere cupias tu te ipsum facias illustrem
frustra in bonis hereditariis virtus queritur
vbi virtutem descriptam invenies. Inquire tu ma-
iorum tuorum mensularias raciones nunquam ibi
virtutem descriptam invenies / dices nichil eorum
nunc existis aut esse verecundiam quam ut te illorum
sanguinem atque amorem omnes rei publice dignitates
colant et venerentur. Ego vero arbitror si te
nunc ex illo fulgore luminis prospexerint nichil
eorum gloriosis spiritibus detestabilius esse quam quod
tam diu flagicia tua hec claritudo patrie sub-
stinuit. a qua si hii inuenerint te iam ipsi ob
repente una procul abiuissent. Hec prudens adi-

boni q cu illis educatus sis dicere cu ado turpit
et spurcissime uixeris ut inter lupanaria vixis=
se videaris asseris i tuo conspectu illorum imagi=
nes relucere an ignoras q socordia tua illorum
gloriam vicisti / Itaque in tenebris tuis amplius
eorum splendor innotescere fit / Deinde amplissimis
laribus pulcerrimis suburbanis opulentissimis
colonis nobilitatem hanc tuam decoratam facis
meam vero mediocrem supellectilem domum oppi=
larem angustum agellum / paupertatem vituperas
sed nescis miser quanto tibi illa decori sint /
mea vero michi / que sunt pulcra / pulcrius est
enim michi in tenuissimis rebus florere quam
tibi in apparatibus maximis sordescere / quem /
quam ego et publicis magistratibus et ope mili=
tari maiora quedam habere potuissem nec volenti
quidem in vrbe nostra honeste opes deesse potuerunt /
Sed quia inter ceteros honestatem cupio dulci hac
frugalitate mea contentus sum / Satis est habere
quantum cupiam. Satis est cupere quantum honestum
sit. quisquis supra querit luxurie cedit / quid a=
plius dispendendum est in vita nisi ut moderate
uiuamus. Queque enim ad ornatum diuicie
conglutinantur super vacui labores sunt. Sit
vero per decore illustris aut non corpore suppelle=
ctiles splendeat. egregius nunc mens queuis
uilissima uilescat non vereatur / quo ceterorum in=
opia virtutum admittere nichil modicum bene=
facere volenti. Cui enim sit clarior semper atten=
sat. iniquae vero fortuna quamvis. Tum bus de re=
bus desine iam Corneli in hiis tuis opibus gla=
ri que potenciorem socordia tua faciunt de=
sine frugalitatem meam contemnere que cla=
riorem virtutem meam reddit / desine nobili=
tatem in bonis fortune ponere quam caduca et ale=
na sunt. Est quidem cum virtute nobilitas et cum nobili=
tate virtus collocanda / Hanc tu Lucrecia splendor
etatis nostre veram virtutis nobilitatem nosti / hanc
mirabili ingenio adepta es / et non inepcie puel=
lares / non muliebres ornatus / non tempora mollia

nō splēdide vestes · s nō festim thori cātus q̄z
placue / Singlā qdem īnātāmta luxuie / vim
phie ac liberalibus studijs dedita / cōtinētiā
laboibus / pudiciā / vigilijs / sollicitudīe /
vitā om̄i romana iuūetute celebriorē
duce · hac tu sola in noblitate placuisti · ac
t' placuisse me intelligo / nichil em̄ in re-
bus humanis copulatius ē / et amabilius
q̄ similis illustrium affectus et par vite vi-
uendi cupiditas / nichil infestius · aut odibliā
q̄m cū alia ad clarū v'tutꝫ splendorē evo-
lat / alia ad t'pes vitiorꝫ voluptates dila-
bitur · Itaqꝫ cū ego pare tuis moibus / Cor-
nelius vō dissimilē vitā agat pfecto / ut
me vehementer ames / illū vō acerrime o-
dias / necesse ē / qualis em̄ tibi cū eo ēē pos-
set vite iocunditas / tu celeberrimis studiorꝫ
otijs intendē velles / ille vō lenōꝫ immiassi-
mis garrulas rixarū voces ebetatesqꝫ s... -
aꝗ interstrepē / dom̄ tu prudētia pudi-
cicia honestate renitentē conspicere illi
vō libidīe ac luxuria de bacchatē intuei
Tu int' eruditissima semp ingenia de mirabi-
libꝫ rerꝫ causis / de siderꝫ motibꝫ de domorꝫ
disciplinis concionari / Ille int' suas mere-
tricum turbas de cunctis flagicijs ac tur-
pissimis voluptatibꝫ q̄ in ꝑꝭ artibus eg'e-
gius orator p̄dicare / quid ig' int' nos vita
dissidentes ac tam dissidentes animos pax
vnq̄m aut concordia esse pt / Ego inter pa-
ternos meos lares cōtinētiaꝗ tua dulcis
Lucrecia deductam / q̄m temesti nō supna
carnis ornatibꝫ pleni sint · tū v'tute moribꝫ
iocuditate / et om̄i pudicicia relucet ibi p'mū
refertissimā librorꝫ bibliotecā meā videbis
in quā s' omnē meā spem detuli / hec sple-
dide q̄d' suppellectiles ibi q̄s voles ā grecorꝫ
ā latinorꝫ comētarios leges / ibi sepe vel
de sciam īrā phiā disputabimꝰ repetere
t' aliq̄n quas mirabiles athenensiū phorꝫ

preceptores audimi / quorum eadem sunt medriade=
lector. nulla te unquam absens ocys distrahet fam=
liarum rerum solitudo, parat enim quottidianum victus
et probati agellus affert / quod si illum casus eripi=
et / virtute in eripere non potest / que nulle in adverte
comode aditus patebunt. Itaque in altissimis tuis
studys fruere ocys quibus nolens nemo quidem inter=
gere vetat cogitaciones que tuas obiurgabit nullus
tibi adeit scortorum strepitus et timor teme=
randi coniugy / quod etiam castissimos ruconazzani=
mos turbare solet. Neque tibi etiam dulcissimi et
amplexus deerunt / nichil id pudicicia tua non ledat
Est enim quedam religio ad confundendum hominum genus coni=
galis cum virtute amor copulatus / nulla denique
votis tuis contigere felicior fortuna possit / quid enim
beatius est rebus habundantem / quam tranquillimam vivendi tenorem
virtute ac moribus agere / quid dulcius quam posse
optimis ac plurrimis cogitacionibus ferax inge=
nium alere / quid iocundius / quam cum eo vivere quem
eque ac te spectata tua desidela delectant / Vos
autem prebet conscripti in hoc sapientissimis animis tam
spectate rei iudicium sedet. nunc tandem expurge=
scimini et contendentis sententiam ad animadvertite, Patris
otiusque vita fortuna / mores. studia nobis
hactenus noti ac nunc utriusque medrati sunt
Quibus hic est conversie tandem exitus hodie
quidem honestas cum impudicicia / conten=
cia cum libidine / magnanimitas cum se=
cordia. erudicio cum inscicia. virtus cum
ignavia contendit / Utra earum nobili=
or sit / in nostra nunc sentencia derelinquitur

Deo Gracias Alla

Leonardi Aretini facundissimi libellus Basilii magni ad suos nepotes de moribus e greco in latinum ad colucium virum clarum

Ego tibi hunc librum Coluci ex me-
dia ut aiunt Grecia delegi /
ubi eiusmodi rerum copia
est / et infinita pene multitu-
do / nec veritus sum / ne abs
te ut parum liberalis ac sane ingratus ac-
cusarer / si ex tanta abundantia hoc tam par-
vum munus ad te mitterem / Neque enim id nunc
ago / neque ita amens sum / ut existimem
ac cumulare tuis summis erga me bene-
ficiis satisfacere posse . Sed ut mercatores
solent degustationem aliquam rerum venalium acci-
pere / quo facilius de illarum emptione delibe-
rare queant / Sic ego tuum experiens pro tuis
singularibus meritis summaque in me beni-
volentia / quicquid mea opera / labore indu-
stria efficere possim in te unum conferre. hunc
tibi librum transscripsi / quasi degustationem quan-
dam studiorum meorum. que si tibi doctissi-
mo homini probata esse sensero / maiori cum
fiducia deinceps egrediar / tuo gravissimo
atque optimo iudicio confirmatus. Et tamen
non parvis muneribus / sed maioribus rem
agam / quamquam hoc quod de muneris parvitate
supra dixi / non ad librum ipsum / sed ad con-
vertendi laborem referri volo / Nam et si li-
ber pro se brevis est / tantum tamen ei ponde-
ris addicit Basilii nomen / ut magnum pu-
tari debeat auctoritate scribentis / Cuius quidem
apud grecos tanta est / ut et severitate
vite / et sanctimonia morum / et preterea optima-
rum artium studiis sacrarumque litterarum doctri-
na ceteris ferme omnibus existimetur prec-
ellere. Sed cum sint permulti atque incliti libri
quos ille accuratissime scriptos reliquit /
nos in primis hunc potissimum delegimus / quod
maxime eum conducere ad studia mea arbitrati
sumus / atque ideo libentius fecimus / quod auctorite

Mercatores solent sumere res

qui studia humanitatis vituperat

tanti viri ignaviam ac perversitatem eorum
contemnebam refugere, qui studia humanitatis
vituperant, ut ab his omnino abhorrendum censeant.
Quod his contingit fere, qui ea tarditate
ingenii sunt, ut nil altum neque egregium va-
leant intueri. Qui cum nullam partem humanita-
tis aspirare ipsi possint, nec alios quidem
id debere facere arbitrantur. Sed hos cum
sua ignorantia vel inquam, neque enim digni
sunt de quibus verba fiant. At iam Basilium
audiamus, in quo animadvertere quaeso quanta
gravitas sit.

Multa sunt filii quae hortantur me ad ea
vobis consulenda quae optima esse duco
quaeque vobis, si illa sequimini, profutura esse
confido. Etenim et huiusmodi aetas et mul-
tarum rerum usus et insuper quod omnia in utram-
que partem mutationes satis esse
expertum humanarum rerum me fecere peritum.
Itaque possum his qui vitam ingressi sunt
quasi viam aliquam quae tutissima praestatur
ostendere. Accedit ad hoc quod naturali
necessitudine me post parentes nemo est vo-
bis coniunctior. Quamobrem ego quidem
erga vos non minus benevolentiae habeo quam
ipsi parentes. Vos autem puto, nisi forte me
vestra mens fallit, cum me intuemini parentum
desiderio haud quaquam moveri. Si igitur ea
quae a me dicentur ea vos suscipere ac se-
qui parati estis, in secundo eritis ordine lau-
datorum apud Hesiodum; si minus, ego
sane nihil molestum dicam. Vos me-
minisse carminum eorum, in quibus ille poe-
ta inquit optimum illum esse qui per se ipsum
quae agenda sunt conspicatur; sequenti
autem gradu, qui aliorum consilia sequeretur;
qui vero ad neutrum horum aptus esset, eum
penitus esse inutilem. Nec vos ulla admi-
ratio teneat, si quotidie ad magistros omni-
bus vobis [illegible] virorum et ingenio et

[illegible] adolescentes

pstancium pea que illi scpta relinquerit continuum usum et familiaritatem haben=
tibus ego aliquid utilius ex me ipso inve=
nisse profitear. Equidem hoc ipsum / mo=
nitus venio non oportere vos eiusmodi vi
vis ita mentis vre gubnacula permitte
ut quacumque ducant ea sequamini / Sed
id duntaxat quod utilitatem affert ab illis ac=
cipientes. Sunt etiam si sit opus contem=
nere. que igitur ea sint / et quemadmodum
discernantur / id iam nobis aperiam hi=
nc sumens inicium. Nos igitur o filii hanc
humanam vitam nichil omnino /
esse arbitramur / nec bonum quicquam eiusmodi
censemus / neque appellandum quod utilitatem
nobis huiusque suppeditet / non itaque digni=
tatem non amplitudinem maiorum / non corporis
vires / non formam / non magnitudinem. non a
cunctis hominibus habitos honores. non ipsum
imperium / non quicquid dici potest in hac vita
excellens. Sed longius nre procedunt spes / et ad
altius vite propositum cuncta molimur. Que igitur
ad hanc vitam conferent / ea nobis totis vi=
ribus optanda querenda quoque esse arbitramur / que
vero illam ipsam provenire nequeant / ut nul=
lius momenti despicienda. que nam tamen
ista ~~fiunt~~ sit vita / et quo pacto illa vivamus
sed sane ostendere plus negocii esset / quam nos
in presencia suscepimus. Maiores etiam au=
ditores quam ipsi nunc estis ad capiendum
requirit hoc solum cum dixero satis habun=
de / vobis dixisse putabo. Si quis omnem
post creatos homines felicitatem mente
concipiat. Simulque in unum congerat
universam / ne parvam quidem partem il=
lorum bonorum adequare comperiet / sed a
minimo animo illius vite bono / omnia huma=
na simul collecta magis abesse quam um=
bram et somnium a veris rebus / Immo ut pro=
pri utar similitudine / quanto in omni re pre=

vita pnt despicienda est

tiosior est anima quam corpus / tanta utriusque
vite differentia est. Ad hanc porro vitam sacri du-
cunt sermones per occulta nos erudientes /
Verum tamen profundum illorum sensum per etatem
nobis percipere posse non licet / in aliis / non
omnino diversis quasi in umbris quibusdam
speculisque oculos mentis exercere debemus eos
imitantes / qui ad certamen se comparant / qui
et saltu et motu manuum in ludo exercitati
validius deinceps in certamen descendunt. Et
nobis profecto certamen quoddam incumbere
putandum est / et quidem omnium certaminum
maximum / cuius gratia cuncta tentanda
sunt / et totis viribus incumbendum ad huius-
cemodi rei preparacionem. Et poetis et orato-
ribus et scriptoribus ceteris omnibus deni-
que hominibus inherendum / unde nobis ad in-
genii exercitacionem aliqua sit accessura
utilitas / Veluti igitur hi qui tingunt cum
primo quibusdam modis id quod colorem recep-
turum sit preparaverunt / tandem postea
florem subinducunt sive purpuream / sive quem-
vis alium. Eodem nos itidem modo si / ut
indelebilis sit apud nos probitatis fama cu-
pimus. cum his extraneis disciplinis fuerimus
imbuti / tunc sacris et occultis operam dabi-
mus / et quasi solem in aqua primum videre as-
suefacti ad ipsam lucem dirigemus intuitum
Si qua igitur convenientia utrisque sit / per-
utilis nobis erit talis cognitio. Si autem
nulla sit / ea tamen adinvicem conferre / et
in quo differant internoscere non parum / no-
bis fructus prebebit ad potioris confirmationem
Sed qua similitudine utemur ad hanc rem
ostendendam. Nempe ut plante propria vir-
tus est fructum producere afferunt tamen ali-
quem ornatum et frondes ipse circa ramos dif-
fuse. Ita profecto et anime precipuus qui-
dem fructus est veritas / nec inamenum tamen
est hac extranea circumdari sapientia / que tanquam

vita corporalis
et spiritualis differt

frondes quedam et fructui tegmen prebeat.
Illum summa prudencia virum cuius apud omnes gentes
maximum est in sapiencia nomen qui non prius ad
dei contemplacionem accessit quam in egipciorum di-
sciplinis mentem exercuisset. Hec eadem ferunt
de Daniele sapienti scilicet cum apud Babi-
lonios Chaldeorum sapienciam imbibisset,
postea rerum divinarum attigisse doctrinam.
Quod eciam satis habunde demonstratum est non
inutilem esse mentibus nostris hanc externam sci-
enciam. Nunc vero quo pacto illa nobis accipienda
sit dicendum videtur. Primo igitur ut a
poetis incipiam cum illi varii multiformesque
sint, non omnibus que ab ipsis dicuntur
adhibenda est mens. Sed cum excellencium virorum
facta et dicta commemorant, tunc tota men-
te moveri atque inflammari debemus maxime-
que conari ut tales ipsi simus quales illi
fuere. Cum vero improborum hominum mencionem
faciunt, fugienda est illorum imitacio aures-
que claudende non secus atque ipsi ferunt Uli-
xem ad Sirenum cantus clausisse. Prave
enim confabulaciones vie quedam sunt ad
facinora. Quamobrem omni diligencia caven-
dum est ne inter illam quam plerumque ser-
mones habent festivitatem latenter ali-
quid admittamus mali, ut hi qui vene-
na melle permixta absorbent. Non igitur
laudabimus poetas neque cum iurgia refe-
runt, neque cum scurras aut amantes aut
ebrios aut ditates imitantur, neque cum di-
vite mensa cantuque dissoluto felicitatem
diffiniunt. Minime vero cum de diis aliquid
dicunt, et maxime cum de illis ita narrant quasi
plures sint atque discordes. Nam apud eos
et frater in fratrem contendit, et parentes filiis
et filii parentibus inferunt bella. Deorum vero
adulteria atque amores et scelestos concubitus,
et eos maxime summi ac principis omnium ut ipsi
asserunt Iovis, que nec de pecudibus quidem

daniel

quo poete sint legendi

ulixes

sine rubore quis dicat. Sed relinquemus qui in scena versantur. Hec eadem dicenda sunt et de ceteris scriptoribus, et tunc maxime cum ad voluptatem loquuntur. Sed nec oratorum artem in mentiendo imitabimur, neque enim in iudicio neque usquam alibi mentiri nos decet, qui rectum ac verum iter vite eligimus, quibus interdicta sunt iudicia legis precepto. Sed tunc maxime oratores amplectimur, cum aut virtutem extollunt aut vicia exfulminant. Ut enim ex floribus ceteri quidem nichil sumunt preter atque odorem atque colorem, apes vero etiam mella inde sumunt excerpere, ita qui non solum suavitatem librorum sequuntur, fructum aliquem reponere possunt. Sed quoniam in apium mentionem incidimus, prosequamur hanc similitudinem. Ille enim nec omnes pariter flores adeunt, nec ~~fines~~ si quos adeunt eos totos absumunt, sed eo solo ablato quod operi suo aptum sit, reliquum omne valere sinunt. Et nos quoque si sapimus, cum id exceperimus quod veritati amicum atque consentaneum sit, cetera omnia transgrediemur, et velud in rosis legendis sentes vitamus, ita quicquid utiliter scriptum est accipientes reliqua que possunt nocere declinabimus. Principio igitur disciplinarum quamlibet considerare oportet, et ad finem dirigere lapides ad filum dorico proverbio redientes. Et quoniam ad hanc veram vitam per virtutem acceditur, virtus autem ipsa multum a poetis, multum ab historicis, multo etiam magis a philosophis laudata, eorum libris maxime est inherendum. Neque enim parvum habet utilitatis consuetudo quedam et familiaritas virtutum mentibus iuvenum animisque infusa, cum maxime in teneris solidantur et pene indelebilia esse que in tenera etate discuntur propter animorum molliciem profunde infusa. Et quid aliud Hesiodum voluisse putandum est cum illa scripsit carmina que universi decantant: Aspera inquit primo et pene invia et sudoris plurimi

Margin: mentiri nusquam decet

Margin: Consuetudo virtutum profunda

et laborum plena est via que ad virtutem ducit
Quamobrem nec cuivis est propter arduitatem illam ca-
pessere / nec capessenti facile ad cacumen evadere /
At vero ubi ad superiora quis pervenerit ex eius fastigio videre licet ut
via illa levis sit et pulcra atque expedita / et fa-
cilis / et longe iocundior / quam altera que ad vicia
ducit / quam universam simul arripi posse ipse idem
poeta testatur / Michi sane idem videtur non aliud quam
ut nos ad ~~virtutem~~ virtutem provocaret et adhorta-
retur ista dixisse / ne laboribus victi ante finem
desisteremus. Sed et si quis alius similiter virtutem
laudaverit / eius sermones pertinentissime recipiemus Ego
autem quodam viro qui ad investigandas poetarum /
mentes acutissime habebatur audivi cum diceret to-
tam Homeri poesim laudem esse virtutis / omniaque
illuc poete huic tendere / nisi si quid incidens
incidens sit / verum in eo loco vel maxime id patere
cum finxit Cephalenorum ducem naufragio eie-
ctum tantum affuisse ut illos quibus et solus
et nudus apparuit verecundia regina afficeret /
quem quidem pro vestibus virtute illum dixit ornatum
ut primo regina cum venerata sit / deinde reliqua
Pheacum multitudo tanti putavit ut relictis epulis
quibus comessabantur / unum illum cuncti intue-
rentur / nullusque eorum esset qui eo tempore magis
quicquam a diis immortalibus optaret / quam Ulixem
fieri quamquam et nudum et naufragum Dicebat
ille poetarum interpres hoc in loco / Homerum
clara voce clamare. O homines sit vobis cu-
ra virtutis / que et cum naufragio simul enatat /
et in littore nudum eiectum fortunatis Pheacibus
venerabiliorem ostendit. Et profecto ita res est /
cetera omnia non magis possidentium sunt quam
cuiusvis / ut in talari ludo huc et illuc trans-
euntia. Sola virtutis et viventi et mortuo sta-
bilis est et firma possessio. Qua Solone motus
michi videtur. Solon cum inquit ad divites /
At nos non permutabimus cum virtute divicias
quoniam virtus firma est / divicias vero alias / alius
possidet. Similia his sunt et a Theognide dicta

Ornari virtute h[?] b[ene] vestitus e[st]

Preclare de virtute

Qui inquit deinde quomodocumque tandem id senserit
vile hominibus talentum appendere / alio enim tempore
divitiis affluebat / alio nichil possidebat / hec eadem fere
et Prodicus sophista quodam in libro loco suorum
de virtute et viciis prestantissime scripta sunt / Cui
quidem prudenter sunt audiendi / neque enim spernendus
est ille vir / Sic vero ita inquit / quantum ego memini /
nam eius verba non teneo / hec que sine metro sit ait /
Herculem cum adolescens esset et vere forte etatis dum se
cum multum que dubitasse / utram viam caperet cum du-
as videret / unam voluptatis / alteram virtutis / Inter am-
bigendum autem duas accessisse matronas / has vero
esse et virtutem et maliciam / Statim quidem igitur et
si ille sileret manifestam fuisse diversitatem illarum /
videri enim alteram accuratissime ornatam fluentem
deliciis et omnium voluptatum examen post se trahentem
hanc itaque omnia ostententem / et multo etiam plu-
ra pollicentem secum trahere Herculem temptasse
Alteram vero asperam et duram severeque intuentem
talia econtra dixisse / polliceri quod nec voluptatem
aliquam nec quietem sed labores pericula sudores
que infinitos / terra marique tollerandos / pre-
mium autem illorum fore / ut ille aiebat / deum fieri /
Et hanc demum Herculem secutum fuisse / dicit et
fere omnes qui modo aliquid in philosophia scripsere /
ut quisque maxime potuit / virtutem laudarunt
Quibus sane credendum est / conandumque / ut
in vita mea id ostendamus / Nam quisquis ea
que aliis verbis duntaxat philosophantur
rebus ipsis affirmat / solus vere sapit / ceteri
vero umbre volitant / nec secus ea / res se habet
Nam si pictor effigiem viri formosi imitatus
sit / hic erunt tamen vera talis existat / qualem
ille in tabula expressit / Qui enim virtutem in con-
spectu hominum laudant amplissimisque verbis extollunt
ipsi vero et libidinem et iniquitatem / et questum iusti-
cie anteponunt / hii mea sententia nichil differunt
ab histrionibus / qui cum poemata in scena agunt
sepe ut reges / vel ut potentes prodeunt / cum
neque reges neque potentes / neque omnino forsitan liberi

de duplici via Herculis

de duplici

At qui musicus quidem si id vitare ullomodo potest /
nunquam patitur liram sibi dissonare / neque cho-
ri princeps mediocriter sibi chorum habere
ipse vero quispiam secum dissidebit neque vitam
consentaneam verbis prestabit . Et euripide au-
ctore linguam quidem iurasse dicet mentem
vero iniuratam mansisse et bonum videri quam esse
magis cupiet / At hec est ultimus iniusticie terminus
si quid credere oportet platoni bonum videri
cum non sis / Ea igitur que de virtute scripta
sunt ita ut dictum est accipienda censeo / Cum
autem preclara facta maiorum aut memorie succes-
sione aut poetarum aut historicorum libris usque ad
nostram etatem conservata sint / nec huiusqui-
dem generis utilitatem negligemus / Ut enim
Pericles Atheniensis cum eum quidam ex foro ho-
minibus probris lacessisset / nichilo est irritatus
neque animo commotus / sed per universam diem per-
severatus est / tum ille nullo maledicto abstine-
ret / hic vero tanquam ea res nichil ad se perti-
neret contemneret / Vespere autem iam facto et te-
nebris exortis cum iurgator ille vix eo tempore
abire vellet / Pericles famulo cum lumine
accito prosecutus est ipsum ut sibi quam
longa esset hec ad proprium exercitacio / Item qui-
dam iratus Euclidi Megarensi necem mi-
naretur / id quod se facturum esse iuramento fir-
maret Euclides contra iuravit se profecto
illum placaturum / effecturumque quod ne sibi in-
fensus foret . Quare operepretium est aliquod
huiuscemodi exemplum succurrere mentibus
hominum iam ira effervescentium . Trage-
die enim nequaquam est credendum dicenti Sin
inimicas armabit ira manus . Sed potissimum
esset nullo modo irasci . Sin id fieri non potest /
aut racionis freno moderandum est / nec per-
mittendum longius efferri . Sed reducamus ora-
cionem nostram / ad clarorum virorum exempla . Insul-
savit quispiam Socratem Sofronici filium fa-
ciem eius petulantissime cedens . Socrates vero nichil

repugnavit / sed illius petulantie ac ire se per-
misit / donec ei vultus undique tuber fieret /
Vim vero ira illius sociata est / Socrates quidem
nichil aliud egit / nisi quod fronti sue inscripsit
percussoris nomen · Quemadmodum statuis fie-
ri solet · Ille inquit hoc opus effecit / nec ulte-
rius ulcisci perrexit / hec que nobis similia sunt
perdigna esse imitacione duco / hoc enim so-
craticum illo nostro convenit / quod monet
ut percucienti maxillam unam alteram por-
rigamus / tantum abest / ut ulciscamur · id
aut periclis aut Euclidis simile est / illi quoque
monemur persequentes expectare · et benigne
iras illorum tollerare / et inimicis bona pre-
cari · Non autem maledicere / Nam qui in illis
erit prius eruditus et postea preceptis nostris
acquiescet · Nec quasi impossibilia sit asper-
nabitur / haud quidem sane preteriundum est Al-
lexandri regis memorabile factum qui cum
Darii filias in captivis haberet / mirum in
modum ut ab omnibus predicabatur formosas
nec videre quidem voluit / turpe esse ratus
eos qui viros vicissent a mulieribus superari /
Hoc illi nostro convenit quod aspiciens mulierem
ad voluptatem / et si rem non consumet / ta-
men quia id concupivit in corde suo crimine
non caret / Illud autem Clinie pitagore
familiares difficile est credere / non dedita
opera · sed fortuito nostris convenire / qui
cum posset trium talentorum dampnum iu-
reiurando sibi de lato effugere soluere quidem
maluit quam iurare / quamquam sine periurio
id facere liceret / et audierat ille ut michi
quidem videtur preceptum domini iuramenta ve-
tantis / sed redeo ad id quod in principio dicebam
Non omnia nobis recipienda sunt / sed tantum
utilia / Etenim cum eos cibos qui obesse possunt
corpori / diligenter vitemus / absurdissimum est di-
sciplinarum quibus animus alitur racionem / nul-
lam habere · Et tamquam torrens aliquis cuncta

Alexander

Socrates

fors obtulerit sine delectu iniungere. Et cum
gubernator non temere nauem ventis permittat / sed
ad portum dirigat / et sagittarius ad signum. Et fa-
ber et architectus fine aliquo sue artis respici-
at / nos ab eiusmodi opificibus in cognoscendis
rebus / vincemur superati / neque enim manualium operum
finis aliquis est / vite aut humane finis est
nullus / quem intueantur hii qui bene viuere cupiunt /
quod si nulla racione huc atque illuc inconsulta iacta-
remur quid inter nos atque rates gubernaculis ca-
rentes interesset / verum ut in musicis gimnasicisque
certaminibus eorundem sue exercitaciones quorum
et premia / nec illus cum se palestra aut pan-
cracio exercuisset lira deinde aut tibia certat /

polidamas fortissimus

Neque enim polidamas id agebat / nec milon / sed
alter ante olimpicum certamen currus sistebat /
nec depelli abeo ulla vi poterat / sed resistebat
non secus ac statua quedam plumbo affixa /
quod si pythie aut olimpi musicam essent medi-
tati relicto puluere atque gimnasio sero coro-
nas aut gloriam assecuti essent / aut effugisset
ne corpora sua derisui haberentur. Sed nec thi-

thimotheus musicus

motheus relicta musica sua in luctaminibus
versabatur / neque enim assecutus fuisset ut cunctis
musicis longe antecelleret cui tantum superat
artis / ut quociens libuisset animos hominum et
vehementi armonia accenderet / ut rursus
molli ac placida leniret / quippe cum aliquando
in alexandri conuiuio cum tantum quem fri-
gium appellant modularetur / usque adeo re-
gem excitasse dicitur / ut ad arma capienda
prosiliret / atque iterum ad comessatores ex lasse
reduxisse modulacione mutata / tantas vires habet
in musicis gimnicisque certaminibus ad finem suum
directa exercitacio. Sed quoniam in contrarium atque pugi-
lum mentem incidimus prosequamur aliquan-
tisper in ea re / porro illi qui ad incredibili labo-
rum tollerancia vires adepti cum infinitis sudo-
ribus in gimnasio manarint victum aut non
voluptarium neque iocundum / sed que magister ludi

pertractem scripsit incitatam. et in ceteris omnibus ne ordi-
nem pertractam ita instituti sunt ut vita ante
certamen acta meditatio fuerit certaminis. tan-
dem se nudant in stadio et summo labore ac periculo
decertant ut oleastri / aut apii / aut eiusmodi
corona donentur victoresque a precone nuncientur.
Nos vero quibus vite nostre premia adeo mi-
rabilia proposita sunt. ut nec magnitudo eorum
dici possit / nec multitudo numerari in utramque
aurem securi dormientes altera manu carpere
posse credemus permulti sane esset inertia et
Sardanapalus ille primas omnium partes in
beatitudine ferret / vel Margites forte / quem
neque aratorem neque fossorem / neque cuiusquam
rei actorem fuisse / Homerus ait / si utique Ho-
mero credendum est potius quam Platoni / qui in-
quit arduum esse bonum existere / multisque
laboribus susceptis vix eorum bonorum compos
fieri contingit / quorum nichil in hac vita esse si-
mile paulo ante dicebamus. Non igitur desi-
dendum est nobis nec pro brevi voluptate maxime
spes abiciende nisi velimus et convicia pati /
et penas subire / non hic apud homines quamquam
ne hoc quidem parvum recte sentienti. sed ad
subterra aut ubicumque sunt illa iudicia. Nam
qui non ex voluntate delinquit / is forte aliqua
dignabitur venia qui autem ex proposito peiora
eligit / nullam quin excusationem quin multiplici pe-
na afficiatur / quid igitur faciendum est di-
cet quispiam / quid aliud quam curam anime
habere ceteris omnibus pro nichilo habitis. Non
ergo corpori serviendum nisi quantum summa cogit
necessitas / sed anima bonis actibus imbuen-
da / et ex corporis vinculis ac passionum societate
per philosophiam eximenda. Illud preterea efficiendum
est / ut corpus laborum patientissimum sit / ven-
tri autem non ad voluptatem / sed ad sustentationem
porrigendum / Nam qui semper cenas atque coquos
mente agitant / epularum ex gratia terras maria
perscrutantur / miserabili admodum servitute premuntur

potius involutam

corpori quantum sit serviendum

et gravissimo duorum talenta pendunt / Nichil profecto le-
vius quam hi qui apud inferos pe-
nas dant / vere enim igne dividentes et cribris a-
quam ferentes / et perforatum vas implere anhe-
lantes / nullum finem laboris habentes. Ton-

Superfluitas vestium

deri autem aut amiciri ultra quam necessitas sit
aut miserorum est secundum Diogenem aut iniurio-
sorum. Itaque occupatum esse in corporis ornatu non
minus ducendum arbitror quam aut pellicem
esse aut adulterum. Quid enim refert homini gravi
xystide amiciatur / an vero vili aliqua veste /
dummodo corpus ab intemperie tueatur. Sed
et in ceteris observandum est / ne quid supervacue
moliamur / nec plus corpori tribuamus
quam anime commodum sit / neque enim minus turpe est
viro qui vere hoc cognomine dignus existat /
nimiam corporis curam habere / quam ad aliarum
quamvis passionum effeminatum esse / omne porro
studium ponere ut corpus quam optime sit / hominis
est se ipsum ignorantis / nec intelligentis dictum illud

Non id quod cernitur est homo

Sed non id / quod cernitur est homo. Sed opus
est maiori sapientia / ut quisque ~~modum~~ nostrum quid
tandem ipse sit possit agnoscere / Verum enim
vero id assequi non expiata prius mente /
impossibilius est quam lippis oculis solem prospicere.
Expiatio autem anime fit ut semel breviter simul
ut habunde vobis dicam per contemptum earum /
quas nobis sensus porrigunt voluptatum. Non
igitur oculi pascendi sunt absurdis specta-
culorum miraculis. non aspectu corporum stimulos
vel inquietudinem / Non per aures sonus infunde-

Sensus esse custodiendi

dus qui animam corrumpere possit. Nam et
nequitia et ignavia ex huiusmodi musica gigni
solet. Sed ea musica recipienda est qua usus
David poeta sacrorum carminum / regem ut
ferunt ab insania liberavit / Pitagoras
etiam cum iuvenibus quibusdam vino per-
citis / saltuque per civitatem lascivientibus
obviaret et iussisse dicitur ei qui modos ti-
bia faciebat / ut mutata armonia Dori-

tum personaret quod ubi factum est bacchan-
tes illos adeo resipuisse ferunt ut serta abi-
cerent et rubore vultus verecundiam confessi
domum abirent / alii inficiunt corrupta ac insalu-
bri musica. Quamobrem aliam hac quidem
musica que nunc in usu est non secus adhor-
rendum nobis censeo quam a quavis feditate
Iam eos vapores qui odoratum delectent aeri
miscere aut unguentis perungi et inducere
nobis erubesco / quid dicendum est de his vo-
luptatibus que gestu aut tactu fiunt An
dubitandum quin ille quoque eiusmodi sint ut
nisi quis eas caveat ventri ac feminibus servire
vos veluti pecora compellant Denique ut
summatim dicam universum corpus despiciendum est nisi
in luto voluptatum velimus subigi aut est
tantum ei indulgendum ut philosophie ut inquit plato
ministerium prestare possit Eadem fere me pla-
tonem et paulus monet dum ait non oportere
nos providentiam aliquam corporis habere ad
voluptates Nam hi qui corpus optime curant
animam vero que eo servicio uti debet negligunt
nihil ab his differunt qui ut organa quam
optima habeant summo studio conquirunt
artem vero cuius gratia illa organa ad
quam optima habeant sunt comparata despi-
ciunt. Prorsus igitur contra servandum est
Nam castigare corpus et compescere eius im-
petus ut immanem quandam beluam oportet
et eiusdem adversus animam motus temera-
rios rationis habena cohibere atque sedare
Non autem frena voluptatum remittere et animi
curam abicere et instar aurige violentiam
equorum tracti deferri / nec pitagore me-
minisse qui cum intelligeret quendam ex fami-
liaribus suis cibis exercitationibus que ut pin-
guis fieret curare hic inquit ut cessat mole-
stiorem sibi carcerem instruere / quod quidem mo-
lestie cum prospexisset plato corporis sui in-
pendere Achademie insalubrem Attice locum fer

de volup*ta*te

pithagoras

extrinsica delegisse ut plurissimi bona virtutis
corporis ceu vitiis nimia luxuries ob eam rem
amputaretur / Ipse quoque iam audivi quemadmo-
dum summam corporis valitudinem periculosam
esse / Cum igitur hec nimia indulgentia / et
ipsi corpori inutilis sit · et anime impedimen-
tum afferat in ea re studium ponere manife-
stissima est insania / quod si corpus contempne-
re assuefacti essemus / parum cetera huius vite ad-
miraremur / Quid enim tibi opus esset divi-
tiis si voluptates corporis aspernarere Equidem
non video / nisi forte quemadmodum in
fabulis de draconibus fertur reconditos
thesauros vigilando custodire · qui autem ad hec
contemnenda ingenue erudite est plurimum
ab omni facinore / et verbo et opere abhorret /
Et quicquid ultra sufficientiam foret / sive id
Lidia gleba esset / sive formicarum auriferarum
opus tanto magis despiceret / quanto minus
indigeret / sufficientiam autem ipsa non libidine
voluptatum / sed nature necessitate diffiniendam
Nam qui excedunt necessitatis terminos
similes sunt his / qui precipites deferuntur /
nichil stabile invenientes ubi possint con-
sistere nullum terminum precipitationis habentes
Sed quanto plura amplectuntur / tantidem
aut etiam pluribus indigent ad voluptates
implendas / divitiarum enim ut ait Solon /
nullus est terminus / Verum ad eam rem Theo-
gnidis versu utendum est / qui ita inquit
Neque divitias cupio / neque voto precor /
Sed mihi contingit ex parvo vitam agere omni ca-
rentem molestia / porro hoc sine Diogenis ... ...
lencia / quando mihi in mentem venit Dio-
genis qui cuncta omnia simul contempnebat /
Qui magno rege ditiorem se predicabat
quod ipse videlicet paucorum indigeret At
nobis nisi pitheci nisi adsint talenta et
infinita soli iugera et innumerosa armen-
torum examina / nichil sat erit / optat

Diogenes

Socrates

vt ego quidem arbitror / Nec absentes diuicias
optare / nec presentibus gloriari / nisi quatum
sciat vti. Sapienter enim Socrates qui cum
videret hominem diuitijs affluentem ea que
de causa fastidio quodam gloriabundum in-
dere / Non prius inquit te admirabor quam
notum michi fuerit quo pacto sciat vti for-
tunis tuis / An vero phidias policletusque si auro
vel ebore gloriati essent ex quibus alter
elidensibus Iouem / alter Iunonem argi-
uis effinxit ridiculi haberentur aliena bo-
na sibi putantes glorie fore / propriam vero
artem / qua illud aurum preciosius factum est
silencio pretereuntes / Nos autem humanam vir-
tutem non satis decoris ipsam per se habere ar-
bitrates minori reprehensione dignos esse pu-
tabimus / At diuicias quidem contempnemus
et voluptatem despiciemus / verum blandicias
et adulaciones sectabimur et archilochee vul-
pis calliditate multipliacitate que gaudebimus
Et nichil est quod eque fugere debeat sapiens quam
ad ostentacionem viuere / et populares aures
sequi / non autem veram racionem usque ad eo ducem
viuendi habere / ut etsi omnes homines recla-
ment nichil mutet eorum que recte instituerit /
Etiam si infamiam vel periculum subire pro recte
factis necesse sit / Nam qui aliter institu-
tus is nichil differre videtur ab egipcio so-
phista / qui et arbor fiebat et aqua / et fera
et quecumque libet / Si quidem ipse quoque laudabit iu-
sticiam / si id placere audientibus intelliget
modo eam vituperabit / si hos apud quos lo-
quitur iniurias esse gratas cognoscet / et
quod proprie assentatorum est / vt polipus ad spe-
ciem subiecti soli colorem mutat / ita et
ipse ad voluptatem audiencium variabit sen-
tenciam. Sed hec in meis libris addisce-
mus perfectius / In presencia vero virtutum aliquam
vmbram describsimus / et hijs que nobis conferunt detrimento
Qui enim diligenter examinabit ut cognoscat veritatem

Vita recte instituta
non commutanda ad
aliorum reclamacionem

Bias

Et si minutatim id agant, tamen ut magna
flumina multa exiguis locis accipiunt incremen-
ta. Fiat id quod inquit poeta Si parvo parvum
super addas id quod frequenter facies nec ad pecunie
dumtaxat argumentum recte dictum fuisse putandum
est. Sed ad cunctis ius sciencie. Bias quid igitur
unus e septem sapientibus filio suo ad egipcios pro-
ficiscenti rogatus a patre quid illa agendo maxime
sibi gratum faceret. Et viaticum inquit ad sene-
ctutem comparans virtutem nimirum pro viatico in-
telligens. Sed arctioribus terminis illud circumscri-
bens, ut pote qui eius utilitatem humane vite
spacio diffiniunt. Ego autem sive quis Tithoni
senectutem sive vivacissimum apud nos Ma-
thusalem qui mille annos minus triginta di-
citur vixisse. Si denique universum tempus
ex quo fuerunt homines meditatur, video puerili-
tatem eius simul contemplans longum et inse-
nescibile seculum, quod quidem tale est ut que-
admodum inmortalis anime ita etiam illius
seculi nullum finem mens possit concipere
Ad quod ut viaticum paremus omnis lapis
ut dicunt movendus est unde aliqua utili-
tas ad eam rem sit nobis futura. Non igitur
quia ardua sunt hec et laboriosa idcirco
torpescemus, sed meorem illius sentencie op-
time videlicet unum quemque vitam probatissimam
eligere. Expectare autem ut consuetudo faciat
illam iocundam atque dulcem videri, ea se-
qui aggrediemur. Turpe est enim cum
tempus per socordiam abiecerit tunc demum
illud revocare, cum preter dolorem nichil
sit amplius revocanti rediturum. Ea igi-
tur que optima esse rebar partim nunc
vos admonui, partim omni vite tempore
admonebo, vos autem cum tria sint mor-
borum genera, utinam ne vos ei similes
prestetis quod insanabile est, neu ita me-
te egrotetis ut plerique solent corpore ego-
tare. Nam hi qui parva invalitudine

[illegible]

augmentur ipsi perturbantur ad meditos / et
vere graviori morbo premuntur ad se cu-
rantes arcessunt / At hi qui in atram bilem
transiecti sunt ne venientes quidem me-
dicos recipiunt / quod vos non faciatis sine
recta consilia aspernantes etc. / Deo gracias

Hic rudium primo vivendi forma docetur
post modo doctorum / denique finis erit
Christe veri verus qui tuo sumere bergrum
Differetur ad portum nam ut ista suas
vt per gramaticam sapiencia possit haberi
Hic claves lector dat et quoque liber
Clavibus hiis quisquis reseraverit ostio quoque
Inveniet cameram quam kathedrata sedet
Regina tenet nitido velamine comtam
Aspectu miram · virginitate meram
Virtutum unio sociatam tenere quibit
Veri thesauri fertilitate gravem
Hec radiis fusis homines radiare laborat
Ditat medicos / et dape replet eos
Nobilitat viles / miseros relevare videtur
Fune amatores / ornat / honorat / amat
Condemnat / hortatur / inimicos facit hec pravos
Liberat · et magis fida vel migrat eos
Vitare secura parat / vicium quod repellit
Et dignos illos laudibus esse facit
Clavibus ergo meis cameram reserare paro
Vt sua sit ditis bursa repleta bonis
Mente time deum pura primaria clavis
Est · sed quo stabilis quam nulla datur
Dupliciter deus sincera mente timetur
Desinendo malum / percipiendo bonum
Errores igitur fugiatis et stato fidelis
Nam valet absque fide nemo placere deo
Neglector fidei peior quam demon habetur
Credit enim demon · sed caret ille fide
Katholica constans igitur nullatenus here

Ut fundamentum sit tibi vera fides
Post non despicias medicamina cordis unquam
Cor bene correctum fertile gignit opus
Intima si forsan temptacio vana subintret
Dira spine legas aut ora bonum
Aut moneare citius ymo sic temptamina vincas
Obstes principio post modo victor eris
Sic obstes ad cor ne serpat unquam voluntas
Peccati spoliet ne mora longa domum
Tota sit in divinis studiis intencio mentis
Ut discas quicquid discas honore dei
Fac tibi personas quod sic operabitur actor
Ipse deus per te glorificandus erit
Proposito tali dabitur tibi gloria maior
Sic et habundanti dote dignus eris
Tunc in studiis omnes ingravans et si
Inter ea liber spiritus astra petet
Claustro sapiens discreto dirige linguam
Lingwa licet mollis frange dura potest
Lingwa tibi non sit detractrix subdola vana
Blandis adulatrix fallax superba loquax
Non ea blasfemet maledicat arrogans umquam
Promere clausos respuet illa sonos
Non discors audax non geminet aspera lites
Nec sit mortifere causa maligna rei
Turpia non promat non derisiva verba
Non periuratrix non pessima mali
Non cito consciencie nova sit narrare parata
Non hostis falsi nomine in ore sonet
Non det sermones ubi non prodesse videbit
Nam coram porcis nil preciosa valent
Et pocius verax humilis discreta modesta
Sit fructum pariens dulcis honesta pia
In multis paciens benedicens tota faceta
Sit consolatrix leta quia nova ferens
Inter discordes properate mitiget iram
Et inter socios sit porcima boni
Sepe bonum laudet sapienter crimina culpet
Tempore sit sterilis tempore feta suo
Sepe sacerdoti proprio tuo crimina pendas

Sepe tuo dñi nomen in ore sonet
Plus tua quam genti dño sit vita placere
Quo sine pfte nemo placere potest
Que tibi secrete dicunt clausa teneto
Alter in forsan curius esse velis
Nec indiscrete sociorum crimina pandas
Detractores odium verba iocosa movent
Si quis dicatur reprimet responsio dulcis
Sepe sino prestat amarus opem
Multiplicat rabies vox dulcis mitigat hostes
Lingwe dulcedo dira venena fugat
Abiectis vicijs instos sectabere mores
Nec solis verbis sufflat esse bonum
Vitam deducas humilem vitando superbiam
Nec recatunde sed pariter eas
Mdinga doctrine qui vult se dedere recte
In formam servi flectere colla paret
Vera vult humiles odit divina superbos
Hos premit et deponit at relevabit eos
Progegm lucifer meditata superbia stravit
Pro peccatum multis ia relevata erit
Nec tamdiu felicis sapiens veca resultat
Magna dabit deus mite subiniciat ea
Vindictam querit sapiens dogmata frangit
Nec premit id iura frequens consilium quod negat
Ne sibi vicosque contendens iniunctum asper
Unio pacifica invidiosus amas et
Est et turbamine discordi sacra fugat
Sepe doctrina corda quieta valent
Si tua doctrine sint vasa capacia multa
Nec extime te iactes sed tua colla preme
Ne sibi arrogitabis certe clitus ille superbus
Qui erat divino cunctis in vere orbe tumens
Per mortem Christo comparuit ille magis
Tacta cum fastu se subisse tulit
Doctoris palmam sudoris gutta fovavit
Discipulum testatur igne perire gravi
O domine nostras quod habes bufferis et si
Te laudet alij mitis et ipse tace
Tu possis ceteros socios superare caveto

Posse quidem satis est · velle nocere malum
Verbis ingratis igitur vel quolibet actu
Non contra socios dira venena geras
Non est expediens iniuria querat ut omnis
Vindicta fieri si quis iure queat
Omne luxuriam fugiat qui discere gliscit
Cum fetore quidem non bene vincitur odor
Pederet in fedis preciosa sciencia vasis
Stercore thezaurus nobilis esse dolet
Ut doctus fias mulierum cesset amamen
Doctrine zelo carneus obstat amor
Corpus et corpus mulierum putret amore
Mens alienatur negligitur quoque deus
Virtutes mores ars / vires · gracia · fama
Visus / lux / decus / diminuitur eo
Ex tanto vicio consurgunt crimina lites
Ire / bella / focum · fama pudenda nimis
Sedes rusticitas / obprobria · dedecus · ausa
Derisus dampnum / falsificata fides
Corporis ac anime pestis corrupcio fetor
Pauperies · levitas · denique multa mala
Per vagos homines fit hoc lascivia prodiga amore
Tota ad hoc datis · cetera penitus agit
Et fortes · iustos · sapientes · femina stravit
Hoc Samsone · David · et Salomone patet
Absit amor turpis · sed plus sodomitica sordes
Fetorem dans dans super omne scelus
Est speciale scelus dans plus vendicat ipse
Sume · ad hoc urbes quinque ruere simul
In qua nocte fuit xpus de virgine natus
Similiter interiit tunc sodomita simul
Volt angustia scelus est cum mire turbare
Contra namque plus sibi peccat agens
Ergo precipue caveas a crimine tanto
Dignum quod urci in fore forte velis
Et caveas nimis socio sociare tali
Actorem fedum ceu fugis acta fuge
Sis igitur castus in omnibus actibus intus
In te coperiat digna zophia locum
Carne voluptati ne sit dedita multe

Que nō doctrine ventris amica manet
Extollit carnem terit es. cor supprimit illa
Dat stimulum veneri multa tedia gerit
Impinguat ventrē dat sompnū. dat qꝫ podagram
Pluris morbum causa necis qꝫ fuit
Hec pellem fuge facit cor reddit opacu
Preparat et pinguez vermibus illa cibum
Precipitauit Adam paradisi sede virentis
Ac patrijs Esau depulit illa bonis
Discipuli formā venit pecorisqꝫ resumit
Ventri uel scorto. qui sua corda dedit
Sit procul ebrietas uel crapula. disce si vis
Ut discas. discas pone frena gule
Discipuli quidā comedonū nomine digni
Sunt. quibus ē iusta lectio crebra gule
Prestibus his lectis non sufficit esse refectos
Aut in ir aut gremijs aut est ore cibus
Hys lotum et tempus studijs sunt dedita ventri
Hijs et brutorum regula sola placet
Hi nō discipulis cū porcis esse merentur
Hi nō esse scolis immo merentur haris
Sobrietas igitur tibi sit potu qꝫ cibo qꝫ
Namqꝫ leui stomacho disce plura potes
Quotienscumqꝫ potes ieiunia debita serues
Tempore quo tener es disce timere deum
Non lato lecto nō molli veste potiri
Curres. dū mebris nō nimis obsit hyems
Sit tibi corporis sit cura sed flua contra
Signū lasciui nō sapientis adest
Alea vitetur ludi sit vsus et omnis
Illa nocet id bursis et vaga corda facit
A studijs reliquis alienat corda scolaris
Virtutes mores consiliumqꝫ fugat
Blasfemare deū docet et iurare penates
Desperare facit dat misere qꝫ mori
Priuat. sternit opes viciat scola de mist
Furta docet predas luxuriam qꝫ simul
Sepe fit ut gladius quamplures indicet inde
Ebrius inuito publice colla petat
Ergo tu caueas predicto prorsus ab vsu

Ne mala peiora pessima damna feras
Te rursus moneo tenebras vitare cauas
Sordibus ut a studio non agitetur amor
Hoc scelus inmune vitio predicta tenetur
Sine que vitentur litteras artare petis
Usu cor vanum reddunt spectacula vana
Fundamentum stabile fert studiosis amor
Ut ne sis tepidus fugias quoque nomen auari
In quo verus amor nescit habere locum
Non deus eius adest / nec homo si bursa repleta
Ut excuso vix amat ullus eum
Non alius deus est nisi sola pecunia seruo
Ardenter petit hanc / ornat / orat / amat
Corporis atque anime ipse neglexit amorem
Hec paradisus ei / gloria / vita / salus
Hanc cumulare studet / hanc est sua cura tenere
Pro nichilo reputat omnia preter eam
Nunquam thesauro terris saciatur auarus
Potibus ydropicus auiditate fotus
Non habet hunc mundum nec sperat habere futurum
Fert mala / spes peior / pessima pena sequens
Hic non medicos / nec amicos nouit egentes
Perdit eos crudus non miseretur eis
Cum debet nimis alys ex pede parcus
Cum quibus eum pascit nunc largus erit
Sit ipse bursa / falsus periurus iniquus
Discors detractor non caret arte doli
Proditor incestus / villanus / et absque rubore
Corporis atque anime vim mulieris habet
Non est egregius sapiens nec dignus honore
Talis habendo modo / non sibi non quoque deo
Non facit ut capiat bonum / si qua pare videtur
Non honoris nomen / demonis immo meretur
Hoc vicio multos iam desperasse refertur
Cum ipse demum causa fuere necis
Prodidit hic Christum iudas grassus et ipsum
Suspensus aqua gutta dimes habere nequit
Ut per luxuriam mundum tam perdidit equor
Sic per auariciam destruet ignis eum
Hec igitur fugias ut dignus doctore fias

Hac fuge qua bonitas qua fugit omnis honor
Nec cupias aliena tibi sis salvus ubique
Contentus rebus sis potiare tuis
Nec te paupertas hortetur furta rapias
Infamis pauper stercore peccus erit
Pauperem tollit de stercore fama refulgens
Vita sed infamis prorsus ad ima ruit
Sis igitur largus velut expedit et potes ipse
Sic bonus exigimus sic ne facetus eris
Largus solvendo socios primum que magistrum
Pauperibus largus / largus honore tuo
Qui solidum solvat mimo bene creditur ille
Denariusque mimos saepe mille valet
Largus doctrina / doctus es de mente metu
Huic deus ac homines est qua liber amat
Qui miseretur miseris deus miserebitur illi
Dat dabitur celum mundus hic eius erit
Cum vixit dives dare noluit / indiguit at nec
Nec guttam recepit qui sibi mittat aque
Et commiserans cui dabit ipse Thobias
Gaudia ne sentit cetera dives habet
Sed des / cui largus / quid quantum / cur ubi cui
Discrete videas ut sapienter agas
Nam nisi discrete non largus prodigus immo
Est leve largiri sed bene grave
Haec et rursus documenta tibi mea verba ministrent
Fac pateant fructum lecta legenda bonum
Avertas oculos ne sit ad inania prompti
Cor vanum capitis / lumina / vaga notat
Stultus non turpes immittere vocibus aures
Deliciis numquam sit data lingua
Non sit manus ad tactus inhonestos prompta feratur
Olfaciendi ponas naribus ipse modum
Mens ad celum studeas intendere semper
Ut digne celi sit repleare bonis
Cum socios sapiens non gusabere vanis
Nam vilescit res bona iuncta malis
Infames socios oportet vitare bonorum
Nam quales socios talis habeberis ipse
Si fidos reperis sapientes moribus aptes
Hos pro thezauro te penes ipse tene

Et decus et lucz bona conversacio prestat
Vsu plus clarct res bona iuncta bonis
Pauperibus large socijs elemosina detur
Seu potes ac alijs ... pone modum
Lapsis crratis / pravis dubitantibus egris
Trade mel fel consule confer opem
Tractis rudibus provecta moribus aptos
Cede locum prosis consule sepe proba
Turtis deserui socijs e quo nitere
Illis precipue quos bona fama probat
Hoc sit ut mito socij te diligat omnis
Sertur / qui servit non odine perit
Sis inter socios operosus pone pacem
Si quis stultisat non est visus eis
Accidiam fugito tristis piger esse caueto
Sis hilaris uigilans promptus ad omne bonum
Surges ac intras lectum crucis exprime signum
Ut preceras malos tucius ipse tibi
Hec sub scripta duo dum veneris ore
Dum cum surgis carmina mane feras
Te rogo xpe pie precibus ... mitis opus mane
Per loca tuta vie / me rege quaque die
Post oi sero cum vis dare membra quieti
Tuncque ut prestas quatuor ista canas
Xpe deus verus sancte genitrix amor
Corporis ac anime sit tibi cura mee
Hostis ab insidijs tutus ac nocte tuere
Peccatum fateor tu miserere mei
Cum bibis et comedis signo crucis ora signes
Nomen xpicole fac mereare tibi
Dilige missa fane et metuas venerare parentes
Subiectus parens verbera verba feras
Plus etiam minus plus dulcis nulla retorqueas
Verba nec exigitas ad pia verba piger
Patri vel matri quisquis maledixit atroce
Iussit eum mitti morte perire deus
Ut plus legemus tuum / superest et scriptum
